poſtea ceſſante fictiōe. Itē ponamus ꝙ iſte fictus 6o
inter baptiſmū ſuū ⁊ ante penitētiā multa cōmittat
peccata ⁊ poſtea peniteat de fictiōe: aut illa pctā re-
mittunt̄ ſine gemitu exteriori ⁊ planctu aut nō: Si
ſic ergo peccatū actuale cōmiſſum poſt baptiſmū re-
mittit̄ ſine exteriori ſatiſfactiōe/qd̄ nō dicit̄ a docto-
ribus. ſi nō remittit̄ ergo gratia baptiſmi non delet
quicq̄d inuenit. P̄. cauſa debet eſſe cōiūcta effectui 7o
ſed gratia delēs pctm̄ eſt effectus baptiſmatis: ergo
debet eſſe cōiuncta cum ip̄o ⁊ hoc non eſt in talibus:
ergo videt̄ ꝙ neceſſe ſit iterū baptizari. Si forte Sol'o.
dicat̄ ꝙ manet caracter/⁊ ille eſt cauſa gratie in tali- Obiectio.
bus/iſtud nō videt̄ eſſe verum. quia caracter equali-
ter eſt in bonis ⁊ in malis: ergo nō eſt magis cauſa
boni q̄ꝫ mali: quia cauſa per ſe boni nō pōt eſſe cum
malo/ſicut nec bonū ⁊ cauſa mali ꝑ ſe ⁊ formal'r nō
poteſt eſſe cū bono ſicut nec malū. Solutio dicen Sol'o.
dū ad primū ꝙ fictus recipit caracterem ⁊ aliter eſt ad p̄mū.
de oꝑe hoīs ⁊ aliter de opere dei: opus em̄ hominis
poteſt ꝑ hominē eſſe mortuū ⁊ mortificatū: ⁊ hoc eſt
qd̄ ꝓcedit a libero arbitrio: opus autē dei nō poteſt
eſſe mortuū ⁊ hoc eſt ſacramentū: in quo ſicut infra
diſtin. xiij. habebit̄ diuina virtus ſub tegumēto viſi
biliū ſpecierū in baptiſmo ſalutem operat̄: ⁊ ideo nō
tenet iſta obiectio de ſacramētis/ſed fictus ponit obi
cem ſiue repagulū gratie ne in eo fiat. Ad aliud di Ad obiecti
cendū ꝙ ſpūſſanctus inq̄ꝫtum ſanctus effugiet fictū onem.
quia no operat̄ in eo ſanctitatē ſed nō inq̄ꝫtum eſt ſpi
ritus operans in ſacramētis. Ad aliud dicendū Ad 2m
ꝙ caracter lumē eſt ſpirituale ex parte imaginis crea
te diſtinguens fidelem ab infideli ſm fidei ſtatum vt
infra dicemus in queſtiōe de caractere diſtin. vj. ſed
illud lumen non habet cōtrarietatē ad peccatū ſicut
nec lumē fidei informis/nec hoc ideo dicit̄ ꝙ ſit fides

inform̄is ſed eſt ſplendor quidā ꝓcedens a caractere increato in imaginē creatā ad diſtinctionē baptizati
3m a nō baptizato ⁊ idō poteſt ſaluari cū peccato. Ad
Ad 4m aliud dicendū ꝙ baptiſmus manet in ficto ꝑ manſionem caracteris qui vocat̄ ꝓpꝛie ſacramentū/⁊ ideo nō habens obſtaculū operat̄ gratiam:eo modo quo ipm̄ eſt cauſa ſcʒ diſponens ⁊ deus tunc efficit gratiam in iſto:vnde hec fuit falſa ꝙ baptiſmus tranſijt
Ad 5m quia manſit vt eſt caracter. Ad aliud dicendū ꝙ effectus nō dicit̄ redire ſed dicit in lr̄a ꝙ baptiſmus ex eo tempoꝛe incipit valere quo recedit fictio. Si tn̄ redire dicat̄ tunc dicendū eſt ꝙ pꝛius affuit in cauſa
Ad.6m diſponēte licʒ non in ſe. Ad aliud dicendū ꝙ virtute baptiſmatis nō delent̄ in iſto niſi que vſqꝫ ad horā baptiſmi cōmiſerit/ſed virtute penitētie delentur ſequētia/⁊ ideo pꝛo iſtis debet recipere penitentiā exterioꝛē/⁊ ꝙ dicit̄ ꝙ baptiſmus delet quicqd iuenit bene exponit̄ ab Auguſti. in lr̄a:qꝛ deletur ibi externꝰ dies/⁊ ip̄a hora ante baptiſmū ſed non ea que fiunt poſt/ſed potius virtute cōtritionis ⁊ penitētie:quia nō poteſt dimidia venia a deo accipi:vt homo habeat gratiā ſimul ⁊ culpam/⁊ ſimul habitet in eo deus
Ad.7m cū obiecto ⁊ diabolus. Ad vltimū dicendū ꝙ baptiſmus vt eſt cauſa gratie manet in caractere. Et qḋ obijcitur de manſione cauſe dicendū ꝙ hoc eſt verum de cauſa foꝛmali/ſed baptiſmus eſt cauſa diſponēs tm̄ que tamē neceſſario inducit effectū niſi a contraria volūtate impediatur.

## Quō intelligat̄ illud quotquot in chꝛiſto baptizati eſtis chꝛiſtum induiſtis.

Gal.3. Querit̄ ergo quō illud accipiat̄: Quotquot in chꝛiſto baptizati eſtis xp̄m iduiſtis: Pōt dici ꝙ qui in chꝛiſto id eſt in xp̄i cōfoꝛmitate baptizant̄ ſcʒ vt moꝛiant̄ vetuſtate pecca
Rom.6. ti:ſicut xp̄s vetuſtati pene: induūt chꝛiſtum
Eph.4. quē per gratiā inhabitantē habent. Poteſt ⁊ aliter ſolui: Duobus em̄ modis xp̄m induere dicimur: vel aſſumptione ſacramēti: vel rei ꝑceptione: Unde Augꝰ. Induūt homines chꝛiſtū aliquādo vſqꝫ ad ſacramenti ꝑceptionē: aliquādo vſqꝫ ad vite ſanctificationē: atqꝫ illud pꝛimū bonis ⁊ malis poteſt eſſe cōmune: hoc autē eſt pꝛopꝛiū bonoꝝ et pioꝝ. Omnes ergo qui in chꝛiſti nomie baptizant̄: chꝛiſtū induunt vel ſm̄ ſacramenti ꝑceptionē: vel ſm̄ vite ſanctificationē.

Arti.V An verū ſit illud dictū apl̄i Quotq̊t ba-
E ptizati eſtis chꝛiſtū induiſtis.

Einde querit̄ de hoc qḋ dicit ibi [Querit̄ er-
Argu.p̄mo ꝙ non D go quō illud accipiat̄] ⁊c̄. Chꝛiſtus em̄ non habetur vt indumētū niſi ꝑ habitū virtutis:
2o g̃ videt̄ ꝙ tales accipiunt habitū virtutis. Item nō induit̄ xp̄s niſi per nouū hominē ſicut videt̄ dicere
Eph.4. apl̄s dicens: Induite nouū hoiem q̇ ſm̄ deū creatus eſt in iuſticia ⁊ ſctitate veritatꝭ: fictus aūt nō inno
3o uat̄: g̃ nō induit xp̄m. Item ſm̄ ea que dicit in lr̄a tunc caracter eſt ſacramentū: g̃ eſt inuiſibilis gr̄e viſibilis foꝛma: et hoc patet eſſe falſum: qꝛ caracter non eſt ſenſibilis neqꝫ viſibilis. Si dicas ꝙ videtur a gloꝛificatis ⁊ beatis hoc idem eſt: qꝛ ſm̄ hoc etiā gr̄a eſt viſibilis qꝛ videt̄ ab eis. Si dicas ꝙ in alio videt̄ hoc eſt in tinctione facta in aqua hoc nihil videt̄ eſſe/ſi em̄ aliqd in alio videt̄ illo nō exiſtēte in quo videt̄ id qḋ videbat̄ in ip̄o nō videbit̄/ſʒ caract̄ nō niſi in tinctiōe videt̄: g̃ nō exiſtēte tinctiōe nullo modo videbit̄ ſed ceſſante tinctiōe nō eſt tinctio: g̃ tunc nulla eſt in iſto viſibilis foꝛma: g̃ nullū ſacr̄m. Solutio dicēdū ꝙ licʒ caracter ſm̄ nomē ſit i p̄dicamēto relationis ſic̄ ſignū diſtinguens: tn̄ ſm̄ id qḋ eſt: eſt habitus cuiuſdā luminis illuſtrātis imaginē ꝑ modum diſpoſitiōis nō oino ſufficiēter ad ſalutē/⁊ ille dicet̄ hic habitus: quo habetur ſacramētū/⁊ in eo ſm̄ qd induit̄ xp̄s ⁊ nō ſimpl'r/⁊ idō etiā lr̄a nō dicit ꝙ ſimpliciter induūt xp̄m/ſed cū hac determiatiōe vſqꝫ ad ſacramēti ſuſceptionē. per hoc ptʒ ſolutio ad ſequēs: quia apl'us loquit̄ de ſimpl'r induentibꝫ chꝛiſtum. Solo. 4o Obiectio. Solo. Obiectio. Solo. ad p̄m ⁊ 2m

Ad aliud dicendū ꝙ caracter eſt ſacramentū ⁊ eſt viſibilis in tinctiōe. Ad hoc qḋ obijcit̄ ꝯtra dicēdū ꝙ licʒ tinctiōis actꝰ exercitꝰ trāſeat: tn̄ ſm̄ ſuſcepiſſe nō trāſit ſic̄ qn̄ de p̄terito ex p̄teritiōe ſua nō p̄terijt ⁊ ad illā tinctionē refert̄ viſibilitas caracterꝭ: qꝛ illa tinctio viſibilis fuit in exercitio ſui ⁊ reliqt cognoſcibilitatē caracteris in ip̄a ſic ꝑacta. Ad 3m Ad alia obiecta.

## De illis qui ſuſcipiunt rem ⁊ non ſacramentum.

Sunt ⁊ alij vt ſupꝛa poſuimus q̇ ſuſcipiūt rē ⁊ nō ſacramentū. Qui em̄ effundūt ſanguinem ꝓ nomie ieſu: ⁊ ſi non ſacramentū: rem tm̄ accipiūt. Unde Augꝰ. Quicūqꝫ non ꝑcepto regenerationis lauacro ꝓ cōfeſſione xp̄i moꝛiunt̄: tantū eis valet ad dimittēda peccata q̄ʒtū ſi ablueren̄t ſacro fonte baptiſmi. Audiſtis ꝙ paſſio ꝓ chꝛiſti nomie ſuſcepta ſupplet vicē baptiſmi. Nec tantū paſſio vicē baptiſmi iplet: ſed etiā fides ⁊ cōtritio: vbi neceſſitas excludit ſacramētū: ſicut apte docet Augꝰ dicēs baptiſmi vicē aliquādo implere paſſionē: de latrone illo cui nō baptizato dictū eſt: Hodie mecū eris in paradiſo Luce.24.
Beatus Ciprianꝰ in libꝛo.iiij. de baptiſmo nō leue documentū aſſumit. qḋ etiā atqꝫ etiam ego cōſiderans inuenio: nō tm̄ paſſionē ꝓ noie xp̄i id qḋ baptiſmo deerat poſſe ſupplere: ſed etiā fidē conuerſionēqꝫ coꝛdis: ſi foꝛte ad celebꝛādū myſteriū baptiſmi in anguſtijs tempoꝝ ſuccurri nō poteſt. Neqꝫ em̄ ille latro ꝓ noie chꝛiſti crucifixus eſt: ſed ꝓ meritꝭ facinoꝝ ſuoꝝ: nec qꝛ credidit paſſus eſt: ſed dū patit̄ credit. Quātū g̃ fides valeat ſine viſibilis baptiſmi ſacramēto: qḋ apl's ait: Coꝛde credit̄ ad iuſticiā: oꝛe autē cōfeſ- Rom.10.
ſio fit ad ſalutem: in illo latrone declaratum eſt: ſed tunc implet̄ inuiſibiliter cū myſteriū baptiſmi nō contēptus religionis: ſed arti-

culus neceſſitatis excludit. Et baptiſmus q̄dem pōt eſſe vbi conuerſio cordis defuerit: cōuerſio autē cordis pōt quidē ineſſe nō ꝑcepto baptiſmo: ſed contēpto baptiſmo non pōt: nec vllo modo dicēda eſt cōuerſio cordis ad deū cū dei ſacramentū cōtemnit̄. Ecce hic habes nō ſolū paſſionē: ſed etiā fidem ꝛ cōtritionē cōferre remiſſionē vbi nō cōtemnit̄ ſacramentū vt in latrone illo oſtenditur q̄ nō ꝑ paſſionē: ſed ꝑ fidem ſaluatus eſt ſine baptiſmo. Sed dicūt quidā hoc retractaſſe Auguſtinū. Retractauit quidē exemplum ſed nō ſententiā. Ait em̄ in. iiij. li. de baptiſmo. Cū dicerē vicē baptiſmi poſſe habere paſſionē: nō ſatis idoneū poſui illius latronis exemplū: qꝛ vtrū nō fuerit baptizatus incertū eſt. Conſtat ḡ ſine baptiſmo aliq̊s iuſtificari ꝛ ſaluari. vñ Amb. de Valentiniano Ventrē meū doleo vt ꝓphetico vtar eloquio: qꝛ quē regeneraturus erā amiſi: verū tñ gratiā quā ille popoſcit nō amiſit.

Arti. VI. F

## An baptiſmus ſanguis ꝛ penitētie ſuppleat vicem baptiſmi qui fit in aqua.

Arg. ꝓmo — Einde querit̄ de tertia ꝑte ꝓme q̄ſtionis ibi. d [Sunt ꝛ alij] vt ſ. poſuimus ꝛc̄. Et ibi q̄runt̄ diſtincti modi baptiſmatū: quos tāgit mgr̄: qꝛ ſi baptiſm⁹ ſanguis ſupplet totū baptiſma/ tūc videt̄ ꝙ imꝓmat caracterē/ ꝛ eadē obiectio eſt de baptiſmo penitētie ſed hoc nō faciūt. ḡ ſūt imꝑfectioris effectus q̄ꝫ baptiſmus aque.

Arguit̄ ꝓ° in ꝯtrariū — Sed ꝯtra hoc videt̄ eſſe qđ dicit Dam̄. ꝙ baptiſmus ſanguis eſt valde bonus: eo ꝙ ſcđis ſordibꝫ nō coinquinat̄.

2° Itē penitētia in iam adulto exigit̄ ante baptiſmū aque ꝛ tñ tenet̄ ad baptiſmū: ḡ videt̄ ꝙ nō pōt ſupplere locū ipſius.

3° Queſtiuncula. — P. ſi ſuppleērt iſta locū baptiſmat̄ opoꝛteret ꝙ aliq̄d haberēt ſimile illi et quid eſt illud: ſi dicat̄ ꝙ gr̄a remittēs pctm̄ hoc nihil eſt: qꝛ ſm̄ hoc q̄libet virtus ſuppleret locū baptiſmi: nihil aūt aliud inuenit̄ in quo aſſimilent̄ vt videt̄: ḡ nō ſupplēt locum baptiſmi.

4° Itē Joh. Dam̄. nō ponit tm̄ tria genera baptiſmatū ſed nouē. ſ. baptiſmū diluuij quo baptizatus eſt mundus/ ꝛ baptiſmū maris rubꝛi: de q̄ dicit apl's. Patres nr̄i oēs ſub nube fuerūt/ ꝛ om̄es mare rubꝛū trāſierūt/ ꝛ oēs in moyſe baptizati ſunt ꝛ in nube ꝛ in mari. — I. Cor. 10. — Tertius eſt baptiſm⁹ luſtrationis in veteri teſtamēto. Quart⁹ baptiſmus Johis. Quīt⁹ baptiſmus q̊ dñs baptizat⁹ ē. Sext⁹ baptiſmus xp̄i q̄ nos baptizamur. Septim⁹ baptiſm⁹ in ſpūſctō ꝛ igne. de q̄ dixit dñs diſcipul': Vos aūt baptizabimini in ſpūſancto ꝛ igne nō poſt multos hos dies. Octauus baptiſmus penitētie. Nonus baptiſmus ſanguinis: quare igit̄ mgr̄ tāgit hic tm̄ tria genera baptiſmatū.

Sol'o — Sol'o dicēdū ꝙ mgr̄ nō tangit hic baptiſmata niſi ſimilia baptiſmo nr̄o ī effectu ꝓncipali qui eſt remiſſio pcti/ ꝛ illa nō ſunt niſi duo. ſcꝫ penitētia vbi articul⁹ neceſſitatis nō ꝯtemptus religionis ſacramentū excludit: ꝛ effuſio ſanguinis vbi etiā aqua baptiſmi impediēte tyrāno haberi nō pōt.

Ad 1m qđ ꝓ° obijcit̄ — Ad id ḡ qđ ꝓmo obijcit̄ dicendū ꝙ nō imꝓmūt caracterē: qꝛ caracter eſt ꝑs ſacramēti ſꝫ effectum totū ſupplēt/ ſed ea q̄ ſunt de ſacramēto nō exhibēt: ꝛ ita intelligunt̄ autoꝛitates inducte in lr̄a.

Ad primū in ꝯtrariū — Ad aliđ dicendū ꝙ baptiſmus ſanguis in h̄ melioꝛ eſt ꝙ nō inq̄nat̄ ſcđis ſordibꝫ/ ꝛ qꝛ adducit meritū aureole/ ꝛ qꝛ radit falce acerbitatis venialiū adherētiā: quoꝝ nullū neceſſario facit baptiſmus aque: ſed non in hoc ꝙ imꝓmit caracterē: qꝛ ille debet̄ inuocatiōi trine bn̄dictiōis in elemēto aque.

Ad 2m — Ad aliud dicendū ꝙ illa penitētia nō exigit̄ ꝓpter baptiſmi imꝑfectionē: ſed potius vt tollat̄ fictio ab eo q̄ vult baptizari: ne ponat obicē ſpūiſancto.

Ad 3m cum obiectione. — Ad aliud dicēdū ꝙ reſumēda eſt quedā autoꝛitas Auguſti. ſup̄ notata ꝑ quā ꝓbat ꝙ quicq̄d ante ꝛ poſt baptiſmū culpaꝝ remittit̄ totū fit virtute baptiſmi/ ꝛ ideo penitētia nō ſupplet vicem baptiſmi/ niſi inq̄ꝫtū baptiſmus eſt in ꝓpoſito/ ꝛ ſil'r martyriū/ ꝛ hoc eſt qđ dicit in lr̄a vbi ſacramentū articulus neceſſitatis nō ꝯtēptus religionis excludit. et ꝑ illud ꝓpoſitū nō tm̄ efficit̄ ſil'e ſed idē oꝑans differēter: qꝛ in baptiſmo aque oꝑat̄ per ſe: in baptiſmo aūt penitētie ꝛ ſanguis oꝑat̄ in ꝓpoſito inq̄ꝫtū eſt in ipo q̄ moꝛit̄ ꝓuentus neceſſitate moꝛtis natural' vel martyrij.

Ad 4m — Ad diuiſionē Johānis Dam̄. dicendū ꝙ mgr̄ nō ponit hic niſi illa q̄ accedūt ad ſil'itudinem baptiſmi ex ꝑte cauſalitatis/ ꝛ illa non ſunt niſi duo directe/ ꝛ vnū qđ accedit ad ipm̄ inq̄ꝫtū eſt diminutiuū pene q̄ eſt infirmitas ꝛ ꝓnitas ꝯcupiſcētie/ qđ eſt baptiſmus in igne ꝛ ſpūſctō/ qn̄ ſublata eſt ab apoſtolis infirmitas ꝛ carnalitas/ ſed mgr̄ nō tāgit hoc qꝛ hoc potius eſt ꝯfirmatiōis q̄ꝫ baptiſmatis.

Queſtiuncula. Sol'o. — Si aūt querit̄ de ſufficiētia diuiſiōis Dam̄. dicendū ꝙ octo genera baptiſmatū ſumūtur ſm̄ acceſſum ꝓpinquioꝛē vel remotioꝛē ad nouū/ qđ eſt baptiſma verū: poſſunt aūt accedere aut a parte ſigni aut a parte cauſe: quia verū baptiſma eſt ſignum ꝛ cauſa. Si eſt ex parte ſigni: aut illud ſignū eſt reſpectu aque tm̄/ ꝛ eſt baptiſmus diluuij/ aut reſpectu aque ꝛ ſpūs/ ꝛ ſic eſt baptiſmus maris rubꝛi ꝓpter colūnā ignis ꝛ nubis q̄ ſpiritū ſignificat: vñ etiā dicit apl's ꝙ in nube ꝛ in mari baptizati ſunt: — I. Cor. 10. — aut ex ꝑte aque ꝛ ſpūs ꝛ paſſionis oꝑantis in ſacr̄o baptiſmatis/ ꝛ ſic ſignū fuit baptiſma luſtratiōis in ve. le. in quo fuit aqua ꝛ cinis ꝑ ignē hoſtie quo ad ſpiritū ꝛ ſanguis īmixtus ꝓpter figurā paſſiōis: Aut accedit ex ꝑte aq̄ ſpūs paſſionis ꝛ actus/ ꝛ ſic eſt baptiſmus Johis in quo fuit foꝛma in nomīe venturi: ꝓſignās ſpm̄ ꝛ patientē/ ꝛ aquā ꝛ actū imerſiōis. Aut poterat ponere ſignū ad foꝛmā ꝛ virtutē regeneratiuā ex ꝑte materie/ ꝛ ſic ſignum fuit baptiſma quo baptizatus eſt dñs/ vbi trinitas apparuit in figura foꝛme/ ꝛ vis regeneratiua collata eſt aquis nec plura ſūt in vero baptiſmo ex ꝑte ſigni niſi aqua paſſio ſpūs operās ꝛ act⁹ ꝛ vis regenerās ꝛ foꝛma: ꝛ ideo nō ſūt plura genera accedētia ad ipm̄ in rōne ſignificādi. In rōne aūt cauſandi eſt acceſſus vel ex ꝑte diminutōis pene/ ꝛ ſic accedit baptiſmus in ſpūſancto ꝛ igni quo baptizati ſunt apl'i in die pēthecoſtes: aut ex ꝑte remiſſiōis culpe: ꝛ ſic accedit baptiſm⁹ penitētie ꝛ ſanguis/ ꝛ hec oīa iterū colligit verum baptiſma: qꝛ remittit culpam totā ꝛ partē pene infirmitatis ꝛ ꝓnitatis. Alibi autē de hoc plura q̄ſita inueniūtur q̄ hic ponere nō opoꝛtuit.

Arti. VII. H

## An latro in cruce fuit martyr ꝛ baptizat⁹ baptiſmo ſanguinis.

Einde querit̃ de h̃ ꝙ dicit̃ ibi [de latrone illo
Argu. ꝓmo ꝙ ſic. d cui nõ baptizato dictũ eſt ꝛc̃.] vbi s̃. a. Uide
tur eñ ꝙ iſte latro fuit martyr ꝛ ſic baptiza-
tus ſit baptiſmo ſanguis nõ ꝯtritiõis ꝛ fidei in pñia
Dicit eñ ſic Hieroñ. Xp̃us de cruce latronẽ in para
diſum intulit/ ꝛ ne q̃s aliq̃ñ ſerã putaret cõuerſionẽ
2º fecit homicidij penã martyriũ. Itẽ actus martyrij
eſt pena mortis illate in charitate chriſti ſic autẽ pa-
3º tiebat̃ latro: g̃ fuit martyr. Item innocẽtes repu-
tant̃ martyres ꝓpter actũ ſine volũtate: g̃ multo ma
gis latro martyr reputabit̃ qui ꝛ actũ habuit ꝛ vo-
In ꝯtrã ꝑº luntatẽ. Sed cõtra hoc eſt qd̃ cõmuniter dicitur
ꝙ cauſa facit martyrem nõ pena: latro autẽ cauſam
2º mortis martyris nõ habuit ſed latronis. Itẽ pe-
trus Si tãꝗ̃ malefactores patimini quã gloriã ha-
bebitis quaſi diceret nullã: ergo videtur ꝙ martyr
Sol'o nõ fuerit. Solutio dicendũ ꝙ in rei veritate mar-
ad primũ tyr nõ fuit: et qd̃ dicit Hieroñ. primo eſt intelligen/
dũ quo ad effectũ quẽdã martyrij ſcʒ quo ad deletio-
nẽ reatus culpe: quia pena temꝑalis informata cha
ritate ꝛ fidei cõfeſſione deleuit ſibi penã illam quã iã
pati debuit ꝓ culpis ſuis/ nõ tamẽ contulit cumulũ
Ad 2m glorie in aureola quã habet martyr. Ad aliud di-
cendũ ꝙ actus martyrij eſt vnus in latrone ꝛ marty
Ad 3m re ſed ille nõ facit martyrẽ vt patʒ in obijciẽdo. Ad
aliud dicendũ ꝙ in infantib9 cum actu fuit cauſa: q2
in eis querebat̃ chriſtus ꝛ cauſa facit totam rationẽ
martyrij/ licʒ nõ facit totam gloriã martyris: quia
charitas patiẽtis ꝛ deuotio faciũt ad cumulum glo-
rie patientis.

## Que videtur obuiare predictis.

Joh. 3. His aũt videt̃ obuiare qd̃ dñs dicit: Niſi q̃s
renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpũſctõ: nõ põt in-
trare in regnũ celoꝝ: qd̃ ſi generaliter verũ
Determiatio eſt: nõ vident̃ eſſe vera ſuꝑius poſita. Sed il
lud intelligẽdũ eſt de illis q̃ pñt ꝛ contẽnũt
baptizari: vel ita intelligẽdũ eſt: Niſi quis
renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpirituſancto. i. ex
ea regeneratiõe que fit ꝑ aquã ꝛ ſpiritũſctm̃
nõ ſaluabit̃. Illa autẽ regeneratio fit nõ tm̃
ꝑ baptiſmũ: ſed etiã per penitentiã ꝛ ſangui
Glo. ſuper epl'a ad hebreos. 6. nem. Unñ autoritas dicit ideo apl'm plurali-
ter dixiſſe fundamẽtũ baptiſmatũ: q2 eſt ba
ptiſmus in aqua: in ſanguine: in penitentia.
Hoc aũt nõ ideo dicit ꝙ ſacramentũ baptiſ
mi fiat nõ niſi in aqua: ſed q2 ipſius v̾tus: id
eſt ſctificatio datur nõ modo ꝑ aquã: ſed per
ſanguinẽ vel penitentiã interius: ratio eñ
id ſuadet. Si eñ nõ valẽtibus credere puu-
lis ſufficit baptiſmus multo magis ſufficit fi
des adultis volẽtibus ſed non valẽtibus ba
Augu. de vnico baptiſmo. ptizari. Unde Aug. Queris q̃d ſit maius fi
des an aqua: nõ dubito q̃n reſpõdeas fides
Si ergo qd̃ minus eſt ſanctificare põt: nõne
Joh. 11. qd̃ mai9 eſt. i. fides de qua chriſtus ait: Qui
crediderit in me etiam ſi mortuus fuerit vi-
uet. Sed dicunt aliqui nullum adultum in
chriſtum credere vl' charitatem habere ſine
baptiſmo: niſi ſanguinẽ fundat pro dño: ſub
dita introducẽtes teſtimonia. Aug9 ait: Ex Aug. in lib. de fide ad petrũ.
illo tẽpore quo ſaluator dixit: Niſi quis re-
natus fuerit ꝛc̃. abſq; ſacramento baptiſmi Joh. 3.
preter eos qui in eccleſia ſanguinẽ fundunt
aliquis vitam eternam accipere non poteſt
Item nullum cathecuminũ q̃uis in bonis Aug. in eccleſiaſticis dogmatib9 cap. 44.
operibus defunctũ vitam eternã habere cre
dimus: excepto martyrio vbi tota ſacramen
ta baptiſmi cõplentur. Item baptizatis iter
tm̃ ſalutis eſſe credimus. Sed qd̃ in his mi- Reſponſio
nus dixit in alijs capitulis ſuprapoſitis ſup-
pleuit. Et ideo hec ſic intelligẽda ſunt: vt il
li ſoli habentes tẽpus baptizandi excipiant̃
ſi enim aliquis habens fidem ꝛ charitatem
voluerit baptizari ꝛ nõ valet neceſſitate pre
uentus ſupplet omnipotẽtis benignitas qd̃
ſacramento defuerat. Dum eñ ſoluere po-
teſt niſi ſoluat tenet̃: ſed cum iam non poteſt
ꝛ tamẽ vult nõ imputat ei deus qui ſuam po
tentiã ſacramentis nõ alligauit. ꝙ vero inui
ſibilis ſanctificatio ſine viſibili ſacramento
quibuſdam inſit aperte Aug. tradit ſuꝑ Le Aug. ſuꝑ leuit̃. q. 88.
uiti. dicens inuiſibilẽ ſanctificationẽ quibuſ-
dam affuiſſe ꝛ ꝓfuiſſe ſine viſibilibus ſacra-
mentis. Uiſibilem vero ſanctificationẽ que
fit ſacramẽto viſibili ſine inuiſibili poſſe ad-
eſſe: nõ poſſe ꝓdeſſe: nec tamen viſibile ſa-
cramentũ ideo contẽnendũ eſt: quia contẽ-
ptor eius inuiſibiliter ſanctificari nõ poteſt
Hinc Corneli9 ꝛ qui cum eo erant iam ſpiri- Actuũ. 10.
tu ſctificati baptizati ſunt. Nec ſuꝑflua iudi
canda eſt ſanctificatio viſibilis quia inuiſi-
bilis p̃ceſſit. Sine viſibili ergo inuiſibilis ſan
ctificatio eſſe poteſt ꝛ prodeſſe: viſibilis au-
tem que fit ſacramẽto tenus ſine inuiſibili ꝓ
deſſe non poteſt: cum illa ſit omnis illius vti
litas. Symoni mago viſibilis baptiſmus nõ Actuũ. 8.
profuit: quia inuiſibilis non affuit: ſed qui-
bus inuiſibilis affuit profuit: nec tm̃ valet fi
des aliena puulo q̃tum ꝓpria adulto. Par-
uulis eñ nõ ſufficit fides eccleſie ſine ſacra-
mento: qui ſi abſq; baptiſmo fuerint defun-
cti: etiã cum deferunt̃ ad baptiſmũ damna-
bũtur: ſicut multis ſanctoꝝ autoritatib9 cõ-
probat̃. Ad qd̃ hoc vnum ſufficiat Aug9 ait a
Firmiſſime tene puulos q̃ cũ in vteris matꝝ Aug. in lib. d̃ fide ad petrũ ꝛ habet̃ de ꝯſe. di. 4 c. firmiſſime
viuere icipiũt ꝛ ibi moriunt̃: vel de matrib9
nati ſine ſacramẽto baptiſmi de h̃ ſecl'o trã-
ſeunt eterno ſupplicio puniẽdos: quia ꝛ ſi ꝓ-
prie actionis pctã non habuerũt: originale
tm̃ pctm̃ traxerũt carnali cõcupiſcẽtie conce
ptione. Et ſicut puuli qui ſine baptiſmo mo

riunẜ:infideliũ aſcribunẜ numero:ita qui ba
b ptizantur fideles dicunt: Qui a fideliũ con=
ſortio nõ ſeparãtur: cũ orat eccleſia pro fide
libus defunctis. Fideles ergo ſũt nõ ꝓpter
virtutẽ: ſed fidei ſacramẽtũ. Vñ Aug. Par
uulũ ⁊ ſi nondũ fides illa que etiã in creden
tiũ volũtate cõſiſtit: iam tñ fidei ipſius ſacra
mentũ. i. baptiſmus fidelẽ facit: ſicut crede=
re reſpondeẜ: ita etiã fidelis vocaẜ: non rem
ipſam mente annuẽdo: ſed ipſius rei percipi=
endo ſacramentum.

Arti. VIII Vtrũ ꝑuuli qui in vtero matris moriunẜ
D vel nati ſine baptiſmo diſcedunt eterno ſup
plicio vel ſenſibili puniãẜ aut pena dãni tm̃.
Einde queriẜ de hoc qð diciẜ ibi [Firmiſſi
Arguiẜ p° d me tene ꝑuulos ⁊c̃. lr̃a. a. Ex his verbis vi=
detur innui ꝙ ꝑuuli ſenſibilibꝫ penis patiũẜ:
quia nõ vocaẜ ſuppliciũ niſi pena ſenſibilis: hoc etiã
alia rõne videẜ: omis em̃ peccati deformitas corri=
2° giẜ per penã a iuſticia iudicis: qꝛ aliter pctm̃ rema=
neret inordinatũ in natura/ ſed feditas pcti ſentiẜ in
corꝑe ꝑuuloꝝ ⁊ in aĩa qꝛ caro reſperſa eſt ꝯcupiſcen=
tia q̃ paruulũ facit ꝯcupiſcibilẽ/ ⁊ adultũ ꝯcupiſcen=
tẽ: vt dicit Aug. g̊ videẜ ꝙ ſenſibili pena debeat pu=
3° niri. Item ignis purgabit mundũ ꝓpter infectio=
nẽ peccati ⁊ ſi mũdꝰ in elemẽtis haberet ſenſum ſen=
ſibiliter puniretẜ: g̊ videẜ ꝙ multo magis corꝑa infan
tum infecta pctõ igne debẽt puniri ⁊ etiam anime.
In ꝯ̃riũ p° Sed ꝯtra peccatũ qð oĩno preter voluntatẽ ꝓpriã
ꝯtractũ eſt ⁊ qð neceſſe fuit incidere nec euitari pote=
rat maximã mereẜ innocẽtiã: tale aũt eſt pctm̃ ꝑuu=
loꝝ: g̊ maximã mereẜ innocentiã: g̊ nõ debet ſenſibili
2° pena puniri. Item inuolũtariũ ꝑ ignorantiã facti
⁊ ꝑ violentiã inuincibilẽ mereẜ innocentiã cũ tñ in il
lo aliquo mõ nõ volẽs ſit faciens ſed in originali eſt
ĩuolũtariũ ⁊ ĩ potẽtia/ ⁊ nulla cõcomitãtia cũ actu: g̊
debet multo plus excuſari: g̊ non debet aliqua pena
3° ſenſibili puniri. Itẽ Augꝰ dicit ꝙ magis volũt ſic
eſſe q̃ꝫ nõ eſſe/ ꝯſtat aũt ꝙ illi q̇ ſenſibilibꝫ penis eter=
naliter dãnati ſunt/ optant mortẽ ⁊ mors fugit ab
Solõ eis: g̊ videẜ ꝙ ſenſibiles penas non patiunẜ. Qð
cõcedimus dicẽtes ꝙ nõ patiunẜ niſi penã damni:
diſtinxerũt em̃ antiq̇ ⁊ bene inter penã dãni ⁊ penã
ſenſus dicẽtes ꝙ pena dãni eſt in ablatiõe alicuius/
qð debeẜ nobis ꝑ ordinẽ nature ſicut eſt carẽtia viſi=
onis dei ⁊ carẽtia felicitatis eterne: pena aũt ſenſus
eſt qua ſentiẜ dolor ꝯtrarius ex aliquo afflictiuo/ vt
vſtio ignis vel ꝯſtrictio frigoris vel hmõi quales pe=
Ad p̓mũ ne erũt in inferno. Ad primũ g̊ dicendũ ꝙ Augꝰ
Ad 2m ĩproprie loquiẜ vocãs ſuppliciũ penã damni. Ad
aliud dicẽdũ ꝙ malũ illud in corꝑe puniẜ ꝑ neceſſita
tem ⁊ amaritudinẽ mortis ⁊ incinerationẽ ⁊ nõ per
penam ſequentẽ/ niſi aſſit reatus penalis nõ natura
Ad 3m lis tm̃. Ad aliud dicendũ ꝙ ignis ille cremabit ru
biginẽ actualis pctĩ inficientis elementa: qꝛ paradi=
ſus in quo factũ eſt originale mũdatus fuit ꝑ eiectio
Obijciẜ p° nem peccatorũ. Sed adhuc obijciẜ: conſtat em̃ ꝙ
ad idem. ſciunt ſibi ablatũ eſſe regnũ eternũ ꝓpter pctm̃ origi
nale: aut ergo dolent de amiſſione aut non dolent. ſi
non dolent ergo videtur ꝙ ſtulti ſũt ⁊ in malicia ob=
2° ſtinati: ſi dolent ergo actualẽ habent penam. Itẽ
aut vermis remordet eos aut nõ/ ſi nõ g̊ nõ remur=
murãt cõtra om̃e peccatũ: ſi ſic cũ g̊ corroſio vermis
ſit quedã actualis pena vidẽtur puniri ſenſibiliter ⁊
actualiter. Et ad hoc dicendũ ꝙ ſciũt ſe priuatos Ad primũ
eſſe regno ſed ſine culpa ꝓpria ⁊ ideo excuſant ſe intrin qð poſtea
ſecus/ ⁊ vellent habere regnũ: ſed illa volũtas nõ in= obijciẜ.
ducit angorẽ ꝓpter cauſam amiſſionis: eo ꝙ nõ eſt ꝓ
pria ſed aliena cum excuſatiõe ſufficiẽti. Ad aliud Ad 2m
dicendũ ꝙ vermis nunq̃ꝫ remordet de hoc qð nõ eſt
ex ꝓpria culpa factũ ſed potius ex culpa aliena cũ ſe=
ueritate decreti dei ⁊ iõ illa obiectio fũdaẜ ſuꝑ falſũ.

An orandũ ſit pro paruulis. Arti. IX.
I
Einde queriẜ de h̃ ꝙ dicit ibi [A fideliũ con=
d ſortio nõ ſepanẜ cũ orat eccl̃ia ꝓ fidelibꝫ ⁊c̃.]
s̃. b. Talibꝫ em̃ videẜ fieri iniuria qñ oratur
pro eis: qꝛ teneẜ ꝙ illi ĩmediate euolãt. Et ad hoc di=
cendũ ꝙ orationes ſunt laudes ꝓ ſecuris ⁊ ſuffragia
ꝓ his quos remiſeiũt in via.

## Quid proſit baptiſmus his qui cum fide accedunt.

Solet etiã queri de illis q̇ iã ſanctificati ſpi=
ritu cum fide ⁊ charitate ad baptiſmũ acce=
dũt: quid eis cõferat baptiſmus. Nihil enĩ
eis videtur preſtare: cum ꝑ fidem ⁊ cõtritio
nẽ iam remiſſis pctĩs iuſtificati ſunt. Ad qð
ſane dici põt eos quidẽ ꝑ fidem ⁊ cõtritionẽ
iuſtificatos. i. a macula peccati purgatos: ⁊
a debito eterne pene abſolutos: tñ adhuc te
neri ſatiſfactione tẽporali qua penitẽtes li=
ganẜ in eccl̃ia. Cum aũt baptiſmũ ꝑcipiunt
⁊ a pctĩs ſi que interim poſt cõuerſionẽ con=
traxerũt mundanẜ: ⁊ ab exteriori ſatiſfactio
ne abſoluunẜ ⁊ adiutrix gratia oĩſq̃ꝫ virtus
in eo augeẜ: vt verꝰ nouꝰ hõ tũc dici poſſit.
Fomes q̊ꝫ pctĩ in eo amplius debilitaẜ ideo
Hiero. dicit ꝙ fides que fideles facit in aq̇s
baptiſmi datur vel nutriẜ: qꝛ nõ habenti ali=
qñ ibi daẜ: ⁊ iam habenti vt plenius habeat
datur: ſic ⁊ de alijs intelligendũ eſt. Qui g̊
mũdus accedit ibi fit mũdior: ⁊ omni haben
ti ibi amplius daẜ. Q̃ v̾o oĩs exterior ſatiſ=
factio ibi relaxeẜ Amb. oſtendit ſuꝑ illũ lo=
cum. Sine penitẽtia ſunt dona dei ⁊ voca= Rom. 11.
tio dicẽs: Gratia dei in baptiſmo nõ requi=
rit gemitũ vel planctũ: vel aliqð opus: ſed ⁊
oĩa gratis condonat: qð quidẽ de exteriori
gemitu vel planctu accipiendũ eſt. Nam ſi=
ne interiori nemo adultus renouaẜ: ſed ex=
teriores ſatiſfactões ⁊ afflictiones. ſ. ſordes
penitentiũ ibi dimittunẜ. Multũ g̊ confert
baptiſmus etiã iam ꝑ fidẽ iuſtificato: qꝛ ac=
cedens ad baptiſmũ quaſi ramus a colũba Gen. 8.
portaẜ in arcam: qui ante intus erat iudicio
dei: ſed nunc etiã iudicio eccleſie intus eſt.
Cũ vero in baptiſmo pctm̃ deleaẜ ⁊ ſatiſfa=

a ctio exterioꝛ nō imputeꝛ: queriꝛ cur pena-
litas cui ꝓ pctō addicti ſumus nō tollatur.
Hoc ideo tradunt fieri ſancti: qꝛ ſi a pena ho
mines per baptiſmū liberarenꝛ: ipſam puta-
rēt baptiſmi preciū: non eternū regnū: ideo
ſoluto reatu peccati tēpoꝛalis pena tñ ma-
net: vt illa vita ſtudioſius queraꝛ: que erit a
penis omnibus aliena. Ideo etiā manet: vt
ſit fideli ⁊ certādi materia ⁊ vincendi occa-
ſio: qui nō vinceret ſi non pugnaret: nec pu-
gnaret ſi in baptiſmo fieret imoꝛtalis.

Arti. X An vnꝰ ⁊ equalis ſit effectus baptiſmi in
R omnibus baptizatis.

Einde queriꝛ de hoc qđ dicit ibi [Solet de il
d lis queri q̄ iam ſanctificati ⁊c̄.] Et de ſctifica
tione q̄dem in vniuerſo poſſet hic q̄ri ſed diſ-
Argu. pmo putatū eſt in 2° diſt. 3ª. ⁊ late ꝓſecutū. Videꝛ aūt hic
ꝙ ſic. vnus eſſe effectus in omnibꝫ accedētibꝫ ad baptiſmū:
vnius eñ cauſe vno modo cauſantis actus eſt vnꝰ:
baptiſmus aūt eſt vna cauſa vno mō cauſans in oī-
2° bus baptiſatis: ḡ effectus eſt vnus. Itē oēs in
merito paſſionis xp̄i iuſtificanꝛ ſed hoc vno modo ſe
habet ad oēs: ḡ equalē oēs in baptiſmo gratiā reci-
3° piūt. Item ſi dicas ꝙ in baptiſmo exigiꝛ p̄paratio
ſed p̄paratio nō eſt niſi vt nō inueniat obſtaculū: qꝛ
aliꝛ ꝑuuli nō reciperēt gratiā in baptiſmo: ḡ videꝛ ꝙ
paruulus ⁊ adultꝰ in baptiſmo eq̄lē gratiā recipiūt
Sol'o alio- ⁊ q̄libꝫ adultus nō fictus cū quolibꝫ nō ficto. Ad
rū ad q̄ſitū. hoc dicūt quidam ꝙ triplex eſt actus gratie baptiſ-
malis. ſ. deletio vniuerſalis culpe ⁊ diminutio pene
⁊ oꝛdo virtutū in meritis. Et quo ad pꝛimos actus
daꝛ gr̄a equaliter in omnibꝫ: ſed nō quo ad tertium.
Arguiꝛ ꝯ ſo Sꝫ ꝯtra h̄ videꝛ eſſe qꝛ vni remittunꝛ. c. ⁊ aliȷ̄. x.
lutionē. pctā: qꝛ inequal'r peccauerūt: ḡ videꝛ ꝙ actus remiſ-
Sol'o ſionis culpe nō ſit equalis in baptiſmo. Sol'o di-
Alberti cendū ꝙ ſolutio iſta bona eſt: ⁊ ad pꝛimū dicendū ꝙ
ad pꝛimū. licꝫ baptiſmus ſit cā vna tñ nō eodē modo ſe habent
accedētes ad baptiſmū tanq̄ꝫ ad cām illā ⁊ iō fit dif-
ferens effectus quo ad meritū. ſicut etiā ignis cauſa
vna eſt incēdȷ̄ tñ inequal'r incēdit ligna viridia ⁊ ari
Ad 2m da. Ad aliud eodem mō eſt reſpondendū: qꝛ paſſio
xp̄i nō cauſat gr̄am in nobis niſi ꝯtinuata nobis: cō
tinuaꝛ aūt ꝑ fidē ⁊ deuotionē ⁊ hec differētiā magnā
Ad 3m habēt ex ꝑte nr̄a. Ad aliud dicendū ꝙ nō tm̄ eſt p̄-
paratio in vitatiōe obſtaculi licꝫ eñ illa ſufficiat quo
ad oꝑationē baptiſmi tñ multū oꝑaꝛ ad cumulū me
Ad id qđ eſt riti q̄ntitas ꝯtritiōis ⁊ deuotiōis vt dictū eſt. Ad
ꝯ ſol'onē. id qđ obȷ̄ciꝛ ꝯtra ſolutionē dicendū. ꝙ in vno delet
plara ⁊ in alio paucioꝛa h̄ eſt ꝑ accn̄s qꝛ i ſubiecto in-
uenit plura vel paucioꝛa / ſed eſt idem q̄ ad efficaciam
ſuā de vno ⁊ de mille.

Arti. XI. An penalitas cui ꝑ pctm̄ addicti ſumus ꝑ
L baptiſmū non tollatur.

Einde q̄riꝛ de h̄ qđ dicit ibi [Queriꝛ cur pe
d nalitas cui ꝓ pctō addicti ſumus ⁊c̄.] lr̄a. a.
Argu. pmo Videꝛ eñ ꝙ cauſa illa nll'a eſt quā tāgit mgr̄
qꝛ ſicut exercitiū pugne valet ad diminutionē pcti /
ita iocūditas iuſticie valet ad augmētū meriti / ⁊ hoc
2° eſt melius bonū q̄ꝫ diminutio debiti ꝓ pctō. Itē
alia cā nulla videꝛ eſſe ne hoīes ſpem btitudinis po-
nerēt i baptiſmo: qꝛ ſi oīs penalitas tolleretꝛ tūc etiā
tolleretꝛ ignominia ⁊ ſic ſcirēt hn̄ ꝙ i alio eſſet btitu-
dinis ſpes ponēda. Itē videꝛ ꝙ deleaꝛ pena ꝯcu- 3°
piſcētie vel ꝙ redeat oꝛigiale: poſita eñ cā ſufficiēti ⁊
efficiēti poniꝛ effectꝰ: ſꝫ ifectio carnis ꝑ penalitatē ⁊
nō culpā (penalitatē dico ꝯcupie) tota cā eſt ꝙ aīa fe
daꝛ oꝛigiali culpa qn̄ infundiꝛ: ḡ ſi eadē cā manet in
coꝛꝑe poſt baptiſmū / redibit idē effectꝰ ḡ ificieꝛ oꝛigi
nali cl'pa ſic pꝰ. Si dicas ꝙ tūc hꝫ gr̄am repugnā Sol'o:
tē foꝛme / ⁊ iō ificere nō pōt: Cōtra tollaꝛ gr̄a ſic tol- Cōtrariū
liꝛ ꝑ ſeq̄ns actuale: ḡ tūc cū pctō actuali redibit oꝛigi
nale / ne ḡ h̄ fiat videꝛ ꝙ debuit tolli ad minꝰ tota pe
na ꝯcupie. ſi foꝛte h̄ ꝯcedaꝛ / ꝯtra. hn̄s oꝛigiale debet
baptizari vel nō deleꝛ in ipō oꝛigiale ſꝫ nullꝰ iterato
baptizādꝰ eſt: ḡ nullꝰ recipit oꝛigiale poſtq̄ꝫ ſel' eo ca
ruit. Sol'o p̄ter cās hic aſſignatas ꝯſueuerūt do- Sol'o.
ctoꝛes ponere. vȷ̄. alias q̄ꝝ pma eſt vt hō hūilieꝛ. vn̄
Job. 6. Sagitte dn̄i in me ſunt q̄rū idignatio ebibit
ſpm̄ meū. i. ſuꝑbiā. Secūda vt hoī timoꝛ incutiaꝛ.
Job. 6. Timoꝛes dn̄i militāt ꝯ me. Tertia eſt vt deꝛ
exēplū n̄ peccādi ex veſtigio plagaꝝ āticq̄ꝝ. Zacha. 13
Adā exēplū meū ab adoleſcētia mea. Quarta ē vt hō
ſeipm̄ recognoſcat Eſa. 28. Tm̄mō ſola vexatio da-
bit itellectū auditui. Quinta ſtiml'atio eūti ad dn̄m
Michee. 2. Surgite ⁊ ite qꝛ nō habebitis h̄ requiē:
Sexta amicicie oñſio Heb. 12. Flagellat aūt oēm fi-
liūꝫ quē recipit Oſee. 11. In funicul' adā trahā eos in
vincul' charitatis. Septima ꝟtutū exercitatio Judi
cū. 3. He ſunt gētes q̄s dereliq̄t dn̄s: vt erudiret in
eis filios iſrl'. Alias cauſas cauſat mgr̄ in lr̄a vt ptꝫ.

Ad pmū ḡ dicendū ꝙ hoī punito ⁊ facto ſuꝑbo ꝑ Ad pꝛimū
diſpoſitionē ad pctm̄: nihil eſt melꝰ ⁊ cautꝰ q̄ꝫ cā hu
miliatiōis: qꝛ ſi nō haberet vn̄ humiliareꝛ tunc eſſet
diſpoſitꝰ ad malū ſic vt oꝑtet poſt lapſū pmū nunq̄ꝫ
crederet ꝙ caderet ꝑ appetitū ſublimiū ſicut pmo ce-
cidit. Vn̄ aliud pōt eſſe melꝰ in ſe ⁊ tñ nō eſſe melꝰ
hoī ſic diſpoſito. Ad aliud dicendū ꝙ nō pōt tolli Ad 2m
tota penalitas in hac vita: nec iſte pōt eſſe effectꝰ ſa-
cramēti ſed potiꝰ eſt effectꝰ gl'ie: ſed mgr̄ aſſignat q̄n
dā cām q̄re noluit deus vt eſſet effectus gr̄e ſacr̄alis

Ad aliud dicendū ꝙ fomes manēs in carne nō ma
net in eadē vi in qua erat pus: qꝛ nō manet in vi infe
ctionis aīe cuius ipē eſt ſubiectū. Sed veꝝ eſt ꝙ Ad alia
ab ipō deſcindi pōt ſemen qđ inficiet aīam q̄ ſibi vniē
da creabiꝛ. Et h̄ iđo qꝛ debilitatꝰ eſt fomes q̄ ad hāc
animā ⁊ nō q̄ ad aliā ꝑ paſſionē dn̄i ⁊ ſacramentū: et
hoc bene contingit: qꝛ cum granū excutiꝛ a palea ad
idem granum nō pꝛoducit paleam ſed ad aliud. Si
militer cum p̄puciatus eſt circūciſus nō poteſt am-
plius eſſe p̄puciatus ſed bene generat p̄puciatū. Et
ſi queriꝛ cauſa huius dico ꝙ hoc eſt qꝛ fomes virtu-
tem inficiēdi aīam trahit a ſn̄ia dn̄i ⁊ a culpa: ⁊ ideo
nō poteſt inficere niſi vbi eſt in rōne oꝛiginis pꝛime:
in iſto aūt q̄ purgatꝰ eſt nō eſt in rōne oꝛiginis pꝛime
quia nō eſt in ratione ſeminali ade infecta: ⁊ ideo illū
amplꝰ nō inficit ſed aliū in quo eſt in rōne oꝛiginis
pme. ſ. i oī p̄ꝛe q̄ vt generat eſt adā reſpectu ſui gēiti.

## Cuius rei baptiſmus qui datur iam iuſto ſit ſacramentum.

Si queriꝛ cuius rei baptiſmus ille ſit ſacra-
mentū q̄ daꝛ iam iuſto. Dicimꝰ ſacramentū
eſſe ⁊ rei q̄ p̄ceſſit: id eſt remiſſionis ante per
fidem date: ⁊ remiſſiōis tēpoꝛalis pene ſiue

peccati ſi habeť qđ interim cõmittiť: ⁊ noui-
tatis ac oīs gratie ibi p̄ſtite. Ois etem̄ rei ſi-
a gnũ eſt cui⁹ cauſa eſt. Nec mireris rē aliquā
do p̄cedere ſacramentũ: cũ aliq̄n etiā longe
poſt ſequať: vt in illis q̄ ficte accedũt: quib⁹
cũ poſtea penituerit incipiet baptiſm⁹ ꝓdeſ
ſe: in quib⁹ fuit baptiſm⁹ ſacramentũ huius
ſanctificatõis quā penitẽdo habent ſed ſi nũ
q̄ꝫ peniterẽt nec a figmẽto recederẽt cui⁹ rei
ſacramentũ eſſet baptiſm⁹ ab illis ſuſcept⁹?
Poteſt dici rei q̄ ibi fieret al's foret ſi nõ eoꝝ
enormitas impediret.

Arti. XII. M An in ficte baptiſato res p̄cedat ſacramē-
tũ: ⁊ vtrũ nõ recedẽte fictõe ſit vere ſignum.

Einde querit de hoc qđ dicit ibi: [Nec mire
Arguit. d ris rē aliq̄n p̄cedere. ⁊c. lr̃a. a. Videť em̄ q̄
ſol'o mgr̄i hic nõ ſufficiat: q2 ponam⁹ q̄ fictio
nunq̄ꝫ recedat tũc nõ videť eſſe nec ſignũ nec cauſa: ğ
2o nõ eſt ſacr̃m. Itẽ oẽ ſignũ eſt alicui⁹ ſignũ: ğ opor
tet illud ponere vel in futuro vel in p̄ſenti vel in p̄te-
rito: ğ ſi nullo hoꝝ modoꝝ ponitur: videť q̄ nõ ſit ſi
Sol'o. gnũ. Sol'o dicẽdũ q̄ eſt ſignũ gr̃e quā cauſat quā
ad p̄mũ. tũ eſt de ſe: ſicut ſol ſp̄ cauſat ſplẽdorẽ quãtũ eſt de ſe:
licet oppoſitõe nubis impediať: ⁊ p hoc patet ſol'o ad
Ad 2m primũ. Ad aliud dicendũ q̄ poniť effect⁹ q̄ ad or-
dinẽ cauſe ad cauſatũ: ⁊ hic nihil eſt incõueniens: q2
multa futura ſunt in ordine cauſaꝝ q̄ nunq̄ꝫ euenient
⁊ iõ etiā ſignũ rei q̄ futura ẽ ſm qđ. i. in ordine cauſe.

## Si paruulis datur in baptiſmo gr̃a q̄ poſſũt ĩ maiori etate ꝓficere.

Solet etiā queri ſi paruulis in baptiſmo dať
gratia qua cũ tẽpus habuerint vtẽdi libero
arbitrio poſſint bñ velle ⁊ currere. De adul-
tis em̄ q̄ digne recipiũt ſacramẽtũ nõ ambi-
giť quin gratiā op̄antẽ ⁊ coop̄antẽ p̄ceperit
que in vacuũ eis cedit: ſi p liberũ arbitrium
poſt mortaliter deliquerint: q̄ merito pecca
Heb. 10 ti gratiā appoſitā p̄dunt. Vñ dicunť contu-
meliam ſpirituiſctõ facere ⁊ ip̄m a ſe fugare.
De paruulis xͦo q̄ nondũ rõe vtunť queſtio
eſt an in baptiſmo receperint gratiā qua ad
maiorẽ veniẽtes etatẽ poſſint velle ⁊ op̄ari
bonũ. Videť q̄ nõ receperint: q2 gratia illa
charitas eſt ⁊ fides q̄ voluntatẽ p̄parat ⁊ ad
iuuat. Sed q̄s dixerit eos accepiſſe fidem et
charitatẽ. Si xͦo gratiā nõ recep̄int qua be-
ne op̄ari poſſunt cũ fuerint adulti: nõ ğ ſuffi
cit eis in hoc ſtatu gratia in baptiſmo data:
nec p illā p̄nt mõ boni eſſe niſi alia addať: q̄
ſi nõ additť nõ eſt ex eoꝝ culpa: q2 iuſtificati
ſunt a pctõ. Quidā putant gratiā operantẽ
⁊ cooperantẽ cunctis paruulis in baptiſmo
dari in munere nõ in vſu: vt cũ ad maiorẽ ve
nerint etatẽ ex munere ſortiantur vſum niſi
per liberꝝ arbitriũ vſum muneris extinguãt
peccando: ⁊ ita ex culpa eoꝝ eſt nõ ex defe-
ctu gratie q̄ mali fiunt: q̄ ex dei munere valẽ
tes habere vſum bonũ: per liberꝝ arbitrium
rẽnuerunt ⁊ vſum prauũ elegerunt.

An paruulis in baptiſmo datur gratia: et vtrum habeant virtutes. Arti. XIII. N

Einde q̄riť de vltimo capitulo hui⁹ diſtictio
d nis ibi: [Solet etiā q̄ri. ⁊c. Videť ei q̄ habe Arg. p̄mo.
ant virtutes: q2 virtus eſt bona q̄litas men
tis q̄ recte viuiť: q̄ nemo male vtiť: quā de⁹ op̄ať in
nobis ſine nobis: ğ hñt ṽtutes. Itẽ cõſtat q̄ inna 2o
ſciť in eis habit⁹ malus peccati: ğ minus poſſet iam
ſacr̃m redemptoris q̄ꝫ pctm̄ ade: ſi nõ cauſareť in eis
habit⁹ generaliť iuſtificans: ğ habit⁹ ṽtutũ. Itẽ 3o
potẽtia aĩe ſp̄ reſpicit determinatũ obiectũ: ſiue ꝓce-
dat in illud ſiue nõ: ğ p̄ficiť habitu determinato: hoc
aũt eſt virt⁹: ğ paruuli hñt virtutes ⁊ recipiunt eas
in baptiſmo. Sed cõtra hoc eſt qđ dicit gloſa Io- In ꝯtrariũ
hannis ſup id: Nā p bono q̄s audet mori. ⁊c. ibi em̄ p̄mo.
diſtinguit gloſa inter bonũ ⁊ iuſtũ: q2 bon⁹ eſt inno
cẽtia vite: vt paruuli: iuſti aũt exercitio virtutũ: ğ p̄-
uuli nõ habent virtutes Itẽ ſi paruuli habent vir 2o
tutes ⁊ qui hẽt vnā habet oẽs: tunc hñt fidẽ ⁊ ſpẽ qđ
Aug. notat q2 dicit nõ hñt fidẽ niſi ſm q̄ baptiſm⁹
eſt fidei ſacr̃m. Sol'o dicendũ q̄ leue eſt hic deter- Sol'o
minare ꝓlixitatẽ: quā quidā ponũt hic magnam. Et ad p̄imũ.
magiſter optime ſoluit in littera. ſ. q̄ habẽt virtutes
in munere/ ⁊ nõ habẽt eas in vſu: ⁊ hoc nõ cõtingit ꝓ
pter imperfectionẽ virtutũ: ſed potius ꝓpter imperfe
ctionẽ liberi arbitrij qđ eſt ſubiectũ ṽtutũ: vñ in pri-
mo argumẽto vis eſt in eo q̄ diciť q̄ recte viuiť: ſi em̄
intelligať q̄ recte viuiť ĩ hĩtu vnũ ẽ: q2 vt dicit Aug. ĩ
li. de bono ꝯiugali hĩt⁹ ẽ q̄ q̄s aliq̄d agit cũ tp̄s ſit: et
ita p̄uul⁹ hẽt apđ ſe vñ p̄t bñ viuere: vt di. Dyo. In
ſenſum veniẽs. i. ĩ vſũ li. arbi. Ad aliđ dõm q̄ hñt Ad 2m ⁊ 3m
ṽtutes ĩ mũere hĩt⁹: vt di. mgr̃. ⁊ p h̄ etiā patet ſol'o
ad ſeq̄ns Ad id qđ ꝯ obijciť dõm q̄ nihil vꝫ q2 dic Ad primũ
glo. iuſtũ ĩ exercitio ṽtutũ ⁊ exercitiũ dicit actũ: ſꝫ p̄- quod eſt in
uuli dicũť iuſti ab hĩtu Ad aliđ dõm q̄ fidẽ hñt in cõtrariũ
habitu: ⁊ ſacr̃m baptiſmi ꝓ tanto đr eſſe ſacr̃m fidei: Ad 2m
q2 dat fidẽ in habitu: licet nõ in actu.

## Qđ baptiſmus eq̄ ſctũs eſt a bono ⁊ a malo datus bono vel malo Di. V.

Oſt hec ſciendũ eſt ſa-
p cramẽtũ baptiſmi a bonis ⁊ a malis
miniſtris dari: ſicut a bonis ⁊ a ma-
lis ſumiť: nec melior eſt baptiſm⁹ q̄ p melio-
rẽ dať: nec min⁹ bon⁹ q̄ per minus bonũ dať
nec malus q̄ per malũ dať: nec maius mun⁹
dať in baptiſmo dato a bono: nec min⁹ in ba
ptiſmo dato a malo: ſed equale: quia nõ eſt
munus hoĩs ſed dei: qđ totũ ſubditis decla- Aug. ſuper
rať teſtimonijs. Aug. ait: Baptiſmus talis Ioh. ⁊ ha-
eſt qualis ille in cui⁹ p̄tãte dať: nõ q̄lis eſt il beť de cõſe.
le p cui⁹ miſteriũ dať. Itẽ ꝓrſus fieri põt vt di. iiij.
aliq̄ veꝝ habeãt baptiſma ⁊ nõ habeãt verã
fidẽ. Itẽ ſi inť bonos miſtros cũ ſit ali⁹ alio
melior nõ ẽ melior baptiſm⁹ q̄ p meliorẽ dať

nullo mõ malus eſt q̃ etiã ꝑ malũ daṫ: qꝛ idẽ
baptiſmꝰ daṫ: ⁊ iõ ꝑ miſtros diſpes dei i munꝰ
eſt equale: qꝛ nõ illoꝝ ſed eiꝰ eſt. Idẽ: Cum
baptiſat malus illud qđ datũ eſt vnũ eſt nõ
impar propter impares miniſtros: ſed par et
Joh.1. equale propter hoc: Hic eſt q̃ baptiſat. Itẽ
Ego dico ⁊ nos dicimus oẽs: qꝛ iuſtos opoꝛ
tet eſſe ꝑ q̃s baptiſaṫ: iuſtos oportet eſſe tan
ti iudicis miniſtros. Sint miniſtri iuſti ſi vo
Math.23. lunt: ſi aũt noluerint eſſe iuſti q̃ ſedent in ca
thedra moyſi ſecurũ me facit magiſter meꝰ:
ſcꝫ xp̃s de quo ſpũſſctũs dicit: Hic eſt q̃ ba=
Joh.1. ptiſat. Itẽ: Quos baptiſauit iudas xp̃s ba=
a ptiſauit. Si quos ḡ baptiſauit ebrioſus: ho=
micida: adulter ſi xp̃i erat baptiſmꝰ xp̃s ba=
ptiſauit. Nõ timeo adulterũ: nec ebrioſum:
nec homicidã: qꝛ colũbã attẽdo per quã mi
hi diciṫ: Hic eſt qui baptiſat. Itẽ homicida
dedit baptiſmũ xp̃i qđ ſacramentũ tã ſctm̃ ẽ
b vt nec homicida miniſtrãte polluaṫ. Itẽ: Si
in hereſi quacũꝗ vel ſciſmate quiſquã i no=
mĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti baptiſmi ſacramẽ
tũ acceperit integrũ ſacramentũ accepit: ſꝫ
ſalutẽ q̃ virtꝰ eſt ſacramẽti nõ habebit: ſi ex=
tra eccleſiã catholicã ipm ſacramẽtũ habue
rit. Debet ḡ ad eccleſiã redire nõ vt ſacramẽ
tũ baptiſmi iterũ accipiat qđ nemo debet in
aliquo repetere: ſed vt in ſocietate catholi=
ca vitã accipiat. Baptiſmus eñ extra eccle
ſiã nequit prodeſſe: ibi eñ cuiꝗ prodeſſe po
teſt baptiſmꝰ vbi põt prodeſſe elemoſyna. ſ.
in eccl'ia. Itẽ Iſidorus: Romanus pontifex
nõ hominẽ iudicat qui baptiſat: ſed ſpm̃ dei
ſubminiſtrare gratiã baptiſmi: licet paganꝰ
ſit qui baptiſat. In his ꝓſpicue cernis baptiſ
mũ veꝝ bonis ⁊ malis dari: ⁊ a bonis ⁊ a ma=
lis: ⁊ ipm tñ eque ſctm̃ eſſe ⁊ munꝰ eiꝰ eq̃le in
bonis ſiue a bonis ſiue a malis baptiſentur.

Oſt hec ſciendũ eſt ſacr̃m baptiſmi in hac di-
p ſtinctiõe tertia querit magiſter: ſi quis poſſit
baptiſare: qꝛ bonus ⁊ malus equaliter: ſcđo
ꝙ poteſtas autoritatis manet apud deũ: ptãs autẽ
miniſterij apud hoies eſt ibi: [Quia miniſterium tm̃
habent. ⁊c. Tertio determinat q̃ ſit ptãs quã potuit
dare ⁊ nõ dedit ibi [Hic queriṫ q̃ ſit illa poteſtas ⁊c̃

Arti .I. A An ille qui debet baptiſare debet habere
Primũ. ordinẽ ⁊ iuriſditionẽ ⁊ eſſe iuſtus.

¶ Incidit ãt hic q̃ſtio circa ꝓncipiũ q̇s debeat bapti-
ſare: ⁊ queruntṫ tria. ſ. vtrũ oportet habere ordinẽ et
iuriſditionẽ ad hoc ꝙ baptiſet. Secundo vtrũ opoꝛ-
tet habere vitã bonã. Tertio de quibuſdã caſibꝫ qui
Arg. ꝓmo. eueniũt q̃nꝗ circa baptiſatos. Ad ꝓmũ obijciṫ ſic
baptiſmꝰ eccleſie ſacr̃m eſt: ḡ cõſiſtit in diſpenſatione
miniſtroꝝ: miniſtri aũt ſunt habẽtes ordinẽ ⁊ iuriſdi
tionẽ: ḡ videṫ ꝙ non debet nec põt baptiſare niſi ha-
2º bens vtrũꝗ. Iſidorꝰ cõſtat baptiſmũ ſolis ſacerdo
tibꝫ eſſe traditũ eiuſꝗ miniſteriũ: nec ipſis diaconibꝫ
eſſe ꝑmiſſũ: ḡ videṫ ꝙ nõ debet nec põt baptiſare ni-
ſi ſacerdos hñs iuriſdictionẽ. Itẽ inter ſacr̃a vnũ ẽ 3º
qđ eſt ſacr̃m ſacroꝝ/ ⁊ hoc eſt ordo: ḡ q̇ hũc nõ habet
nõ hẽt ptãtẽ baptiſandi: cum baptiſare ſit diſpenſare
maximũ ſacr̃m. Itẽ ordo eccl'ie eſt ſicut ordo corpo 4º
ris: ſꝫ in corpe nõ deſcẽdit nutrimẽtũ ab ore ad qđli-
bet mẽbrũ: ſed ad ſtomachũ/ ⁊ ab illo per venas ordi
nate ad epar ⁊ cor/ ⁊ alia mẽbra ꝑ cõſequẽs: ḡ ſimili-
ter debet eſſe in corpe myſtico: ḡ ſi non ſeruaṫ ordo il
le nõ ꝯſequiṫ baptiſatꝰ gr̃am: ḡ videṫ ꝙ nõ debet ba
ptiſare niſi q̇ in gradu ab eccl'ia cõſtitutꝰ eſt. Sed In ꝯtrariũ
cõtra vetula baptiſat ⁊ baptiſatũ eſt: ḡ nõ exigiṫ qđ
dictũ ẽ Sed vlteriꝰ queriṫ de ſcđo dicit eñ Aug. Queſtiun-
⁊ habeṫ in lr̃a ꝙ iuſtos oportet eſſe baptiſantes: iu- cula ꝓma.
ſtos oportet eſſe tanti iudicis miniſtros: ḡ videṫ vnũ
duoꝝ ſequi: aut ꝙ iniuſti nõ baptiſant/ aut ſi bapti-
ſant ꝙ peccãt mortaliter baptiſando Itẽ in baptiſ 2º
mo eſt actꝰ hoīs ⁊ actꝰ dei: actꝰ autẽ hoīs nunꝗ eſt
gratꝰ niſi ille ſit in gr̃a q̇ facit eũ: ḡ cũ iſte pctõr intin-
git: ingratũ eſt deo opꝰ ſuũ: qꝛ intinctio eſt opꝰ hoīs
ḡ aut nihil ꝯferṫ puero vel baptiſato/ aut baptiſans
peccat mortaliter: qꝛ ſuꝑ alteꝝ aut ſuꝑ vtrũꝗ neceſ-
ſe eſt cadere offenſã ingratitudinis diuine. Item 3º
nos videmꝰ in corpe nr̃o ꝙ mẽbrũ aridũ q̃uis offi-
ciale ex forma ⁊ figura: tñ ꝓpter defectũ ſpũs i eo nõ
deriuatur ab eo vita ⁊ ſenſus ad alia: ſꝫ potiꝰ ſi ẽ de
ꝓncipalibꝫ oīa alia mẽbra moriuntur: ſꝫ diſpẽſantes
ſacr̃a ſunt eccl'ie mẽbra ꝑ q̃ trãffundiṫ vita gr̃e ⁊ ſen-
ſus intelligẽtie dei in totã eccl'iam: ḡ ipis areſcentibꝫ
in vita oīa alia mẽbra corrũpunṫ: ḡ neceſſe eſt ꝙ mi-
niſtri ſint boni. Itẽ q̃n xp̃s determinauit miſtros 4º
ipẽ determiauit eos ꝑ ſigna ſctitatꝭ ſic habeṫ Mar.
vltimo: ⁊ Heb. 2. cõteſtãte deo ſignis ⁊ portẽtꝭ ⁊ va
rijs virtutibꝫ/ ⁊ ſpũſſcti diſtributiõibꝫ ſm ſuã volun
tatẽ: ſed nõ licet trãſgredi determiationẽ xp̃i: ḡ neceſ-
ſe ẽ adhuc eẽ tales vt nõ poſſint diſpẽiare ſacr̃a Itẽ 5º
Mal'. 2. Maledicã benedictõibꝫ vr̃is. Et ibidẽ glo 6º
ſa Hie. Quicquid a vobis bñdiciṫ a me malediciṫ: ḡ
videṫ etiã ꝙ ꝑiculoſũ ſit tales permittere baptiſare.
Sed cõtra in lr̃a habeṫ ꝙ baptiſauit iudas ⁊ ba- In ꝯtrariũ
ptiſatũ eſt. Itẽ ſiue ſit ebrioſus ſiue homicida. ⁊c̃. Queſtiun-
ꝙ ſꝑ baptiſatũ ẽ ſi baptiſat. Ulteriꝰ queriṫ hic de cula ſcđa
ſacerdote ſimoniaco q̇ vẽdit ſacr̃a/ ⁊ nõ vult baptiſa- Arg. ꝓmo.
re niſi ꝓcio cõductꝰ vtrũ in tali caſu debet ꝑmitti: vi
deṫ ꝙ nõ: qꝛ nõ ſunt faciẽda mala vt eueniãt bona: ſꝫ
emẽs efficiṫ ſimoniacꝰ ſicut ⁊ vẽdẽs: ḡ videṫ ꝙ talis
potiꝰ debet mori ſine baptiſmo. Si forte dicas ꝙ Sol'o.
in illo caſu aliꝰ põt baptiſare: cõtra ponamꝰ ꝙ nõ ſit Obiectio.
aliꝰ niſi ſacerdos ⁊ adultꝰ baptiſandus: tũc videṫ ꝙ
potiꝰ debet mori q̃ ſic baptiſari. Itẽ ponamus ꝙ 2º
nullus habeat aquã niſi ſacerdos/ ⁊ pr̃ pueri videat
pueꝝ ꝑiclitari: aut emet ⁊ tũc ꝯmittit ſimõiã aut nõ
⁊ tũc ꝑmittit pueꝝ ꝑire cũ poſſit adiuuare: videṫ aũt
ꝙ deãt ꝑmittere ꝑire: qꝛ nullꝰ debet ſe cõmittere di-
ſcrimi etiã ꝑ vẽiale vt aliꝰ euitet mortẽ eternã: ḡ mul
to minꝰ ꝓpter liberationẽ pueri debet ſe ꝯmittere di
ſcrimi ſimonie. Sol'o dñm ad ꝓmũ ꝙ verꝰ miſter Sol'o.
q̃ ad dñm ⁊ eccl'iã eſt hñs ordinẽ ⁊ iuriſditionẽ ⁊ vi-
tã tꝑe aũt neceſſitatꝭ eſt q̃libet etiã vetula nec ſexũ vi
rilẽ: nec ordinẽ: nec iuriſdictionẽ: nec vitã hñs Ad Ad obiectũ
id qđ ꝯ obijciṫ dñm ꝙ ille rões nõ ꝓbãt niſi q̃lis de- in cõtrariũ
bet eſſe miſter: ſꝫ in iſto ſacr̃o aliq̇d reformat pactũ. ſ. cõtra ꝓmũ.
neceſſitas: ⁊ ideo largiſſima pietas dei: que neminẽ

vult ꝑire:ſicut ꝓuidit cõmunẽ materiã que ab oĩb⁹
poteſt haberi/⁊ vbiq; inueniri:ita etiã voluit vt tem
Ad primũ dicendũ. pore neceſſitatis quilibet aliũ poſſet imergere Di
cendũ tñ ad primũ ꝙ diſpenſatio duob⁹ modis eſt.ſ.
quo ad officiũ:⁊ ſic verũ dicit rõ illa:⁊ quo ad abun
dantiã miſericordie dei ⁊ neceſſitatẽ ſacri/⁊ ſic nõ te
Ad 2m net. Ad aliud dõm ꝙ Iſidor⁹ iſti⁹ autoritatis ex
cipit temp⁹ neceſſitatis dicẽs niſi tempꝛe neceſſitatis
Ad 3m in quo omnib⁹ ꝑmittit. Ad aliud dõm ꝙ laic⁹ ba
ptiſans vel vetula baptiſat/⁊ nõ habet poteſtatẽ ba
ptiſandi ex ordine. Eſt eñ poteſtas ex ordine ⁊ de il
la ꝓcedit obiectio:eſt etiã poteſtas ex neceſſitate ſalu
tis /⁊ hec inmediate in quẽlibet deſcendit a deo q̇ po
Ad.4m. teſtatẽ ſuã ſacro ordinis nõ alligauit. Ad aliud di
cendũ ꝙ illa ſimilitudo apl'i corporis miſtici ad natu
rale nõ attendit niſi in ordine officioꝝ: ⁊ nõ in deſcẽ
ſu gratie:q2 gratiã quilibet inmediate habet a deo:⁊
iõ etiã act⁹ miniſterij ſalutis neceſſitate cogẽte q̇libet
Ad queſtiũculam a deo ſuſcipit. Ad id qõ vlterius querit in parte ſi
ue diſtinctiõe reſpondendũ eſt ꝙ ⁊ tempora oportet
Ad aliã q̃ſtionẽ:⁊ ad ꝑmũ et 2m. diſtinguere: quãtũ eñ ex parte baptiſmi equalis eſt
baptiſmus ſiue a bono ſiue a malo detur:ſed ex par
te baptiſantis:ſi eſt in mortali pctõ dico ꝙ aut illud
pctm̃ eſt notoriũ aut occultũ. Si notoriũ aut ẽ in lo
co neceſſitatis:vt.ſ.nõ ſit alius baptiſans:⁊ ſit peri
culũ tũc dico ꝙ cũ timore ꝓpter neceſſitatẽ baptiſans
nõ efficit reus ſed ben facit. Si aũt nõ eſt temp⁹ ne
ceſſitatis tunc ſcandaliſat ⁊ vſurpat actum ſacri indi
gnus:vt puto ꝙ peccat mortaliter vel grauiter. Si
aũt eſt occultũ aut timet ſcandalũ ſi nõ baptiſat:⁊ eſt
tempus neceſſitatis vel nõ neceſſitatis:aut nõ timet
ex hoc ſcandalũ ad hoc ſi nõ baptiſat:ſi aũt timet ſcã
dalũ preſumptionis pcti cõtra famã eius: ⁊ eſt tẽp⁹
neceſſitatis põt baptiſare ſine peccato. Itẽ ſi non
eſt tẽp⁹ neceſſitatis ⁊ timet ſcandalũ/puto ꝙ adhuc
cũ timore põt baptiſare. Si aũt nullũ timet ſcanda
lũ nec tẽp⁹ eſt neceſſitatis puto ꝙ grauiter peccat p̃
ſumẽs baptiſare:⁊ ꝑ h̃ ſatis patet ſol'o ad duo ꝑma.
Ad 3m Ad aliud dõm ꝙ nõ eſt ſimile de mẽbris officialib⁹
in corpore noſtro ⁊ de gratia ſacramentali: quia no
ſtra mẽbra dant ⁊ preparãt interiori preparatione
nutrimẽtũ ſibi inuicẽ:ſed in eccleſia miniſter nõ ope
ratur niſi exterius:⁊ ab ipo nõ eſt gratia ſed immedia
te a deo ⁊ iõ ſine corruptiõe tranſit gratia ad animã
Ad 4m per miniſteriũ hoĩs qõ eſt tm̃ exteri⁹. Ad aliud di
cendũ ꝙ xp̃s nõ tã determinat miniſtrũ quo ad ido
neitatẽ q̃; etiã ſm optimũ ſtatum miniſtroꝝ:tñ q2 iu
dã nõ repulit:innuebat tolerãdos etiã qñq; fore mi
Ad 5m. niſtros malos. Ad aliud dõm ꝙ pronomẽ notat
diſcretionẽ.ſ.maledicã benedictiõib⁹ veſtris.ſ. q2 ita
Ad 6m ſunt veſtre ꝙ nõ ſunt mee:tales aũt benedictiões nõ
ſunt ſacramẽta:q2 illa ſunt bñdictiões diuine Ad
Ad queſtiũculã cũ obiectis. gloſam Hiero.dõm eodẽ modo ꝙ cũ dicit quicquid
a vobis benedicit notat diſcretionẽ in ꝓnoie. Ad
id qõ vlteri⁹ querit de caſib⁹ ſunt q̇ diuerſimode re
ſpondẽt:quidã eñ cõcedũt obiecta ſicut concludunt
Sed mihi videt ꝙ nõ ſunt cõcedenda:eo ꝙ querens
baptiſmũ nõ emit aquã:nec actũ baptiſandi emit:ſ3
tempꝛe neceſſitatis põt redimere vexationẽ ſui iuris/
⁊ ꝑ ſe ſi baptiſand⁹ eſt:ſicut dicit prim⁹ caſus/⁊ ꝓ ꝑ
uulo ſi filiũ vel aliũ habet quẽ velit baptiſari/ ⁊ tunc
nõ fiũt mala vt eueniãt bona: nec cõmittit ſimonia
ex parte q̃rentis baptiſmũ:nec etiã cõmittit ſe diſcri
mini pro ſalute alteri⁹:et per hoc patet ſol'o ad totũ

Vtrũ ebrioſ⁹ homicide adult pñt baptiſare Arti. II.
B
Einde q̃rit de hoc qõ dicit ibi: [Si q̇s ḡ ba
D ptiſauit:baptiſãt homicida ebrioſus ⁊ adult Arg.ꝑmo
ſup̃.a. Ebrioſus ei dic opilationẽ diſcretõis:
⁊ ſi nõ habet diſcretio nõ habet intẽtio ſ3 ꝑuerſitas ĩ
actu baptiſandi:nõ habita autẽ intentõe ⁊ actu de
bito nõ eſt baptiſm⁹:ḡ ebrioſus baptiſare nõ põt: vt
videt Iuxta hoc querit cũ aliq̇s eſt ita ebrioſus vt Queſtiuncula.
ligata ſit lingua ⁊ nõ amiſſus ſit vſus rõis ⁊ diſcre
tiõis vtrũ poſſit baptiſare. Si ſic tũc nõ ꝓlata for Argu.ꝑmo cõtrariũ
ma verboꝝ ab eo q̇ gnarus eſt latini eloquij põt eſſe
baptiſm⁹:qõ videt eſſe falſum:q2 forma ẽ de ſubſtã
tia ſacri. Si nõ hoc videt falſum q2 ponam⁹ ꝙ ſit Ali⁹ caſus.
tempus neceſſitatis/⁊ nullo mõ aſſit q̇ poſſit bapti
ſare niſi talis: ⁊ ille nõ amiſit diſcretionẽ per vinũ:ḡ
dictat ei ↄſciẽtia: q2 debet iſti ſubuenire:ḡ ſi nõ facit
peccat mortaliter:ḡ eſſet ꝑplexus qõ eſt cõtra docto
res qui dicunt neminẽ eſſe perplexũ. Sol'o dicen Sol'o.
dũ ad primũ ꝙ aliud eſt de ebrio ⁊ ebrioſo: ebrioſus ad ꝑmã cau
eñ nõ ſemper eſt ebrius:⁊ ideo qñ ſobrius eſt habẽs ſam.
tñ peccatũ ebrietatis poteſt baptiſare nõ reſiſtẽte pec
cato:⁊ in tali caſu loquit Aug. Ebrius aũt in q̃ ſuffo
cata eſt ratio nõ videt poſſe baptiſare. Ad aliũ ca Ad aliũ.
ſum dicendũ ꝙ ſi nõ eſſet alius tũc talis debet bapti
ſare:q2 ⁊ ſi ebrietas talis ꝑcutiat neruos inordina
to motu lingue:tamen põt formare dictiones cũ ſtu
dio:⁊ quia diſcretionẽ habet ad hoc ſtudere põt ⁊ de
bet:ſed ſi nullã poſſet exprimere formã ſecus eſſet: ſ3
tm̃ effectũ nõ valet hr̃e talis ebrietas q̃ nõ ligat rõ3.
An heretic⁹ ⁊ ſciſmatic⁹ poſſũt baptiſare. Arti.III.
C
Einde querit de hoc ꝙ dicit ibi: [Si in here
D ſi q̃cũq; vel ſciſmate.⁊c̃. ſup̃.b. Cõtra eñ h̃ Arg.primo
eſt ꝙ q̇ nõ credit nõ videt poſſe intẽdere:ḡ he
retic⁹ nõ baptiſat cũ intentio exigat ad ſacrm̃ Itẽ 2o
in vlti. Mar.ꝑmo p̃mittit fides ⁊ ſeq̃t baptiſm⁹ cũ
dicit: Qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit.⁊c̃.ḡ fides
neceſſaria ẽ ad ſacrm̃:ḡ heretic⁹ ñ p̃t baptiſare Si Sol'o.
dicas ꝙ hoc veꝝ eſt ex parte eccl'ie vel baptiſati: ſed
nõ ex ꝑte baptiſantis:hoc nihil eſt:q2 ibi etiã p̃mittit
de baptiſante:cũ p̃cepat p̃dicari euãgeliũ. Poſtea Obiectio.
ſubiũgit baptiſantes eos.⁊c.ḡ ex ꝑte baptiſantis exi
gitur fides. Itẽ baptiſm⁹ dicit ſacramentũ fidei:ḡ 3o
videt ꝙ fides exigatur ad ſacramentũ illud Item 4o
cõfeſſio fidei requiritur etiam a baptiſante cum ba
ptiſat vt ſeruet debita ſolẽnitas baptiſmi:ſic patet in
interrogationib⁹ patrinoꝝ:ḡ videt ꝙ etiã ipe debet
habere fidẽ:ḡ heretic⁹ nõ baptiſat. Cõtrariũ autem
hui⁹ ꝓbat multiplicit in ſequẽti diſtinctõe Sol'o Sol'o.
dõm ꝙ heretic⁹ baptiſans in forma heretica nõ ba
ptiſat:⁊ ſm hũc intellectũ dixit Ciprian⁹ martyr nõ
baptiſare hereticos:ſed heretic⁹ baptiſans in forma
lo natura nō agit ꝑ neceſſitatē ſʒ ꝑ voluntatē: ad vo-
luntatē aūt p̄exigiṫ cogitatio ⁊ ideo oportuit p̄ſignā
ri morbū ⁊ medicinā multis ſignis ⁊ figuris vt dicit
mgr̄ Hugo vt poſtea gr̄a curaret quā iuuaret volū-
tas / ⁊ ideo remediū ſacr̄i no. le. nō ſtatim cōueniebat
dari Ad aliud dicendū ꝙ veꝝ eſt ꝙ nō erat reditꝰ Ad 2m
niſi ꝑ eſum ligni vite / ſed infra habebiṫ ꝙ duplex eſt
modus edēdi. ſ. ſpūalis ⁊ ille ſemꝑ fuit in fide creden
tiū. Unde Augꝰ Ut q̄d paras dentē ⁊ vētrē crede et
mādicaſti / ⁊ ꝑ illū fuit reditus q̄ ad ſatiſfactionē: licʒ
nō quo ad p̄cti ſuſceptionē. Alius eſt ſacramētalis ⁊
illū nō ſemꝑ ꝯueniebat eſſe vt p̄us habitū eſt. Ad Ad 3m
aliud dicēdū ꝙ viatorib; eo ꝙ via ſpūalis eſt ſufficiē
bat eſus viatici ſpūalis. Ad aliud dicēdū ꝙ aliud Ad 4m
eſt in iſto ſacramēto ⁊ aliud ī baptiſmo: baptiſmꝰ eñ
figura eſt paſſionis ⁊ ſepulture ⁊ reſurrectiōis: paſſi
onis in ſubmerſione pcti: ſepulture in abſconſione ⁊
merſione triplici ſub aqua ⁊ reſurrectionis in nitore
abluti ⁊ iō ille formal'r iſtitui nō potuit: niſi poſt oīa
hec: ſed euchariſtia eſt cōmēoratio paſſiōis tm̄ ⁊ ideo
īmediate ante paſſionē debuit iſtitui: licʒ vſus eucha
riſtie nō deṫ niſi baptizato / ⁊ iō nihil habet ſil'itudīs
vſus hoꝝ ſacramentoꝝ ⁊ inſtitutio. Ad aliud di- Ad 5m
cēdū ꝙ nō eſt veꝝ ꝙ ſicut ſe habet ꝑceptio ⁊c̄. Et hu-
ius ratio iam aſſignata eſt: ⁊ iō ꝓportio illa nihil va-
let. Ad aliud dicendū ꝙ ille figure licʒ ſint exp̄ſſio- Ad. 6m
res q̄ ad ſpēs materiales vt p̄us dictū eſt que ſūt ſi-
gna tm̄ nō tn̄ magis ꝯueniebat poſt iſtud q̄ʒ poſt illa
inſtitui. Aliter etiā pōt dici ꝙ illa fuerūt ſigna nō ſa-
cramēta / ⁊ ideo ſpēs q̄ in eis p̄figurabaṫ non debuit
ceſſare ſed potius incipe ritus illius ſpeciei: ſed ſacr̄a
legalia ceſſare debuerūt vt ſ̄ in q̄ſtione de legalibus
habitū eſt. Et ideo poſt illud tanq̄ʒ terminādū debet
inſtitui euchariſtia nō poſt illa q̄ ꝑ ſpeciē in genere cō
ſiderata nō terminata ſunt / ſed adhuc frequētanṫ.

## De forma.

Forma vero eſt quā ipē ibidē edidit dicens: Hoc
eſt corpꝰ meū: ⁊ poſt. Hic ē ſanguis meꝰ. Cū Math. 26
eñ hec verba ꝓferunṫ: cōuerſio fit panis et
vini in ſubſtātiā corporis ⁊ ſanguīs xp̄i: reliq̄
ad laudem dei dicunṫ. Vn̄ Amb. Sermone
xp̄i hoc cōficiṫ ſacramētū: q; ſermo xp̄i creatu
rā mutat: ⁊ ſic ex pane fit corpus xp̄i: ⁊ vinū
cū aqua in calicē miſſum fit ſanguis cōſecra
tione verbi celeſtis. Conſecratio quibus fit
verbis: attende q̄ ſunt verba. Accipite ⁊ co-
medite ex eo oēs: hoc eſt corpus meū: ⁊ iteꝝ
Accipite ⁊ bibite ex hoc oēs hic eſt ſanguis
meus. Per reliqua oīa que dicunṫ laus deo
referṫ: oratio p̄mittiṫ ꝓ ꝑplo: ꝓ regibꝰ: Item
Aug. Credendū eſt ꝙ in illis verbis xp̄i ſa-
cramenta conficiantur: reliqua omnia nihil
aliud ſunt q̄ʒ laudes vel obſecrationes fide-
liū ⁊ petitiōes. Ecce q̄ ſit inſtitutio ⁊ forma

b huius ſacramēti. Ubi cōſideratiōe dignum
eſt quare illud ſacramentũ poſt cenā dedit
diſciplīs. Dñs igiť ieſus ad iuiſibilia pater⸗
ne maieſtatis migraturꝰ celebrato cũ diſci⸗
pulis typico paſcha: quoddā memoriale eis
cōmendare volens: ſub ſpecie panis ⁊ vini:
corpꝰ ⁊ ſanguinē ſuũ ita eis tradidit: vt oſtē
deret legis veteris ſacramēta: inter q̄ preci⸗
puũ erat agni paſchalis ſacrificiũ in morte
ſua termiāri ac legis noue ſacramēta ſubſti⸗
tui: in quibus excellit myſteriũ eucharistie.
Ideo etiā poſt alia dedit: vt hoc vnũ artius
memorie diſcipuloꝝ infigereť: ⁊ ab eccleſia
deinceps frequētareť. Sed nō exinde diſci⸗
plinā ſanxit in poſterũ vt poſt alios cibos ſu
mať: ſed potius a ieiunis ſumi oportet: ſicut
I. Coꝛ. II. apl̄s docet: vt ſingulari reuerētia diiudiceť
id eſt diſcernatur ab aliis cibis: qđ dñs apl̄is
diſponēdũ reliq̄t. Unñ Augꝰ. Appꝫ cũ pri⸗
mo acceperũt diſcipl̄i eucharistiā nō eos ac
cepiſſe ieiunos: nō ideo tñ calũniādũ eſt vni
uerſe eccleſie ꝙ a ieiunis ſumiť ſp̄. Placuit
eñ ſp̄ũiſctō vt in honore tāti ſacramēti ṗus
in os xp̄iani dñicũ corpus ītraret q̄ȝ aliȷ cibi:
ideo vbiq̄ȝ mos iſte ſeruať. Nō eñ q2 poſt ci
bos dedit dñs: ideo pranſi vel cenati illđ ac⸗
cipe debent vt illi faciebant q̊s apl̄s redar⸗
I. Coꝛ. II. guit. Nam ſaluator quo vehemētius cōmē⸗
daret myſteriȷ illius altitudinē: vltimũ hoc
voluit infigere cordibus ⁊ memorie diſcipu
loꝝ a quibus ad paſſionē digreſſurus erat.
Quo autē ordine deinceps ſumereť apoſto⸗
lis ꝑ quos eccleſias diſpoſiturus erat reſer⸗
uauit docendum.

Arti. VI. An iſta ſit debita forma h̊ ē eñ corpꝰ meũ
f Einde queriť de hoc qđ diciť in ſcđa p̄te ibi
d [Forma ꝟo eſt quā ibidē edidit dicēs: hoc eſt
corpus meũ ⁊c̄.] Obiiciť eñ multipl̄r ꝯtra
Arguiť p̊o hāc formā ſic. Forma ſacramēti eſt faciēs formal̄r ſa
cramētũ ſicut dicit Aug. Accedat verbũ ad elemētũ
⁊ fit ſacramentũ: ſicut pꝫ in baptiſmo in q̄ nihil facit
forma niſi ex p̄te accipiētis exerceať baptiſmꝰ: ḡ ſil̄r
hic cũ diciť hoc eſt corpus meũ nō habebit effectũ ni
ſi cũ exerceť in materia debita ſacr̄o: ḡ hec orōo h̊ eſt
corpꝰ meũ ī cena nihil ſignificauit circa corpꝰ xp̄i in
celo/ ⁊ nō pōt dicere hoc eſt corpꝰ meũ niſi demōſtra
to corpe in celo qđ falſum eſt: ḡ nō debuit forma tra
di ꝑ verbũ eſt/ ſed potiꝰ ꝑ verbũ notās tranſitũ vniꝰ
2° ad aliud ⁊ mutationē. Itē aliud eſt ſignificare ali
q̄d factũ eſſe ⁊ aliud ꝑcipe in ſuũ vſum ⁊ aliud facere
cũ aũt diciť hoc eſt corpꝰ meũ ſignificať corpus xp̄i
eſſe vel factũ eſſe. Et cũ additť/ accipite ⁊ comedite ex
hoc oēs: ꝑcipiť vſus exiſtētis: ḡ illa forma nihil ipor
tat de ſacramēti ꝯfectiōe. cũ igiť forma ſacramēti ſit
faciēs ⁊ ꝯficiēs ſacr̄m/ hec nō videť eſſe forma ſacr̄i.
3° Itē nō ꝯtingit vti vocibꝫ niſi duobꝫ modis. ſ. mate
rialiť ⁊ ſignificatiue ſiue vt ipa vox eſt ſignũ ⁊ res: ſi
gnũ ſcḋm hoc ꝙ dico hō ē aīal rōnale: res ſiue materia
liter ſcḋm ꝙ dico hō eſt duaꝝ ſyllabaꝝ ⁊ trium lr̄aꝝ ⁊
aſpiratiōis: ḡ ⁊ hac voce h̊ eſt corpus meũ nō ꝯtingit
vti pluribꝫ modis. Cōſtat aũt ꝙ nō accipiť hic mate
rialiter ḡ ſignificatiue ḡ demonſtrať corpus xp̄i iam
factũ ⁊ ñ ꝙ ipa vt forma faciat ipm̄. Itē demōſtra 4°
tio ſiue ſit ad ſenſum ſiue ad intellectũ ſemꝑ eſt ad ſi⸗
gnificandũ id qđ eſt: ḡ ⁊ hic cũ diciť/ h̊ eſt corpꝰ meũ
ſignificať corpus xp̄i eſſe/ ⁊ nō fieri. Itē obiiciť de 5°
ṗma ꝑticula q̄ eſt ꝓnomē h̊: ex quo eñ eſt ꝓnomē aut
eſt demonſtratiuũ aut relatiuũ: q2 aliter intellectus
eius eſſet caſſus ⁊ vanus: nō aũt relatiuũ cũ nō ferat
relationē alicuiꝰ ſuppoſiti antecedētis in relatiōe: ḡ
eſt demōſtratiuũ: aut ḡ demōſtrat ſubſtātiam panis
aut corꝑis xp̄i ſub accn̄tibꝫ q̄ videnť vel intelligũť:
ſi ſubſtantiā panis: ḡ ſenſus eſt/ panis demōſtratus
eſt corpꝰ xp̄i ⁊ hoc falſum eſt: ḡ ⁊ illa locutio falſa eſt.
Si ſubam corꝑis xp̄i ḡ nihil aliđ eſt dictũ h̊ eſt corpꝰ
meũ q̄ȝ corpꝰ meũ ē corpꝰ meũ ⁊ hec ſꝑ eſt vera ⁊ nũq̄ȝ
faciēs trāſlationē alicuiꝰ: ḡ illa forma nō referť ad ſa
cramētũ ſꝫ ad ſignificādũ corpꝰ xp̄i ſꝑ ſine ꝯuerſione
aliq̄ ī corpꝰ xp̄i. Itē hec ē falſa ꝙ panis erit corpꝰ 6°
xp̄i. ꝓbatio q̄cũq̄ȝ ꝓpō ē vera de futuro erit aliqđ tp̄s
in q̄ p̄ñtial̄r ē vera: nũq̄ȝ āt erit tp̄s ī q̄ hec ē ꝟa pāis
eſt corpꝰ xp̄i: ḡ hec nũq̄ȝ eſt vera panis erit corpꝰ xp̄i.
Cā aũt falſitatꝭ ē diſcoherētia p̄dicati cũ ſubiecto qđ
notať coherere in futuro: ergo cũ vicinior coherētia
noteť ꝑ verbũ p̄ñtis tēporis: illa eſt multo magis fal
ſa q̄ ē pāis ē corpꝰ xp̄i ḡ ⁊ hec h̊ ē corpꝰ xp̄i ſiue corpꝰ
meũ cũ nihil demōſtreť ꝑ ly h̊ niſi ſuba panis añ trā⸗
ſubſtātiationē. Itē aut eſt demonſtratio ad ſenſum 7°
aut ad itellectũ: ſi ad ſenſum cũ igiť oculis nihil ſubii
ciať niſi ſp̄ēs panis ⁊ ſubſtātia panis: ꝑ accn̄s videť
ꝙ ſenſus ſit/ panis demōſtratꝰ eſt corpus meũ ⁊ hec
eſt falſa. ſi aũt demōſtratio eſt ad intellectũ h̊ iterũ vi
deť nō poſſe eſſe: q2 tũc oporteret ꝙ ad minus demō
ſtratiuũ cũ re itellecta eſſet ſil̄is ſp̄ei ſic̄ cũ dr̄: hec her
ba creſcit in horto meo ſed nihil ſil̄is ſpeciei eſt in pa⸗
ne cũ corꝑe xp̄i: ergo nō pōt eſſe demōſtratio ad itel⸗
lectũ. Itē nunq̄ȝ eſſet hec vera/ hec herba creſcit in 8°
horto meo niſi herbe rō vniuoce ꝯueniret rei demon
ſtrate ⁊ itellecte/ ſed nihil h̊ vniuoce eſt in pane ⁊ cor
pore xp̄i: ḡ nō poteſt eſſe demōſtratio ad intellectũ.
Itē dupl̄r vt dicũt ſophiſte ꝯtingit ſignificari de⸗ 9°
monſtrationē ⁊ negationē ⁊ quedā alia. ſ. vt cōceptā
ſic̄ ſignificať noīe demōſtratiuo ⁊ vt exercitā ſicut ſi⸗
gnificať in ꝓnoīe hoc: ergo cũ diciť hoc eſt corpꝰ meũ
ſignificať vt exercita ḡ vult cadere ſuꝑ accidētia ſenſi
bilia ſiue ſint eiuſdē in numero ſiue in ſpecie ſicut di⸗
ſtinguiť ꝑſonalis demōſtratio a ſimplici demonſtra
tione. Conſtat aũt ꝙ vtroq̄ȝ modo locutio eſt falſa:
ergo ſimpl̄r falſa eſt hoc eſt corpus meũ demonſtra⸗
to pane. Si forte tu dicas ſicut quidā dixerũt ꝙ Solꝰ p̊a.
ꝓnomen eſt hic ꝑs oratiōis ⁊ ſua demōſtratio nō eſt
ſeꝑanda ab orōne ideo demōſtrať hic qđ eſt ibi in ter
mino finali oratiōis. Cōtra ſicut ſe habet totũ ad to⸗ Obiectio
tũ ita pars ad partē: ergo ſi totũ factũ eſt in ťmio fi⸗ qđ eſt I°m
nali orōnis ꝑs facta eſt cũ ꝓferť ꝓnomē demonſtra
tiuũ hoc. Itē in aliis orōnibꝫ nō demōſtrat ꝓno⸗ II°
men id qđ futuꝝ eſt poſt orationē in qua ponũť/ ſꝫ po
tius rem ṗexiſtentē: ḡ ſil̄r ⁊ hic ergo videť ꝙ demon⸗
ſtratio cadat ſuꝑ ſubſtantiā panis ſub talibꝫ acciden
tibus. Itē prius eſt ſcḋm intellectũ accipe rē demō⸗ 12°.

ſtratā ꝙ̄ de ipſa aliq̄d affirmare vel negare:ḡ cū dꝛ
hoc eſt corpꝰ meū prius ſm intellectū accipit res cō-
ſecrationis ſubiecta ſenſui demōſtrata ꝙ̄ de ipſa dica
tur eſſe corpus chriſti: ergo nō videtur demōſtratio
pronominis depēdere a ſequenti parte orationis vt
Solo 2ª. dicit illa ſolutio. Si forte tu dicas vt quidā aliȷ̄ di
xerūt qꝺ demōſtratio refert nō ad ſignū: ſꝫ ad ſigna
tū ſm qꝺ videt glo. dicere ſup illud Mat.27. Hoc
Obiectio eſt corpꝰ meū dicens qꝺ ſub ſpecie panis videt:ḡ ſm
hoc iā in ꝓlatiōe ꝓnois corpus chriſti fuit ſub ſpecie
panis: ergo nō virtute orōis efficeret: ſub ſpecie pa
nis qꝺ falſum eſt ⁊ contra dictū Augu. in quo dicit:
Solo.3ª: Accedat verbū ad elemētum ⁊ fit ſacrm̄. Et ideo aliȷ̄
iterū dicūt ꝙ demōſtrat ſignatū ī termīo finali trā-
Obiecto ſubatōis. Sed cōtra hoc etiā obȷ̄cit ꝙ terminus
ſubalis vel accidētalis ſupponēs vbo p̄ſentis tp̄is
reſtringit ad ſupponēdū vel copulandū ꝓ tēpore p̄-
ſenti: in hac aūt orōne ꝓnomē ſupponit verbo p̄ſen-
tis tēporis/nō ampliato/nec cōfuſum tēpus ſignifi
canti: ergo ſupponit ꝓ p̄ſenti tm̄: p̄ſens aūt nō eſt ni
ſi ſuba ſuppoſita q̄ fuit añ ꝓlationē orōnis: ⁊ hec eſt
ſuba panis: ergo nō ſupponit niſi ꝓ illa: ⁊ tūc locu-
1ꝫ. tio eſt falſa vt priꝰ ꝓbatū eſt. Item vnde habet hoc
ꝓnomē ꝙ in hac locutōe demōſtrat rē ſub finali ter-
Queſtiūcu mino potiꝰ ꝙ̄ in alia cū nihil ī hac ponat qꝺ in alia
la ſecūda. nō ponit. Ulteriꝰ querit de hoc verbo eſt: eſt enim
Arguit p̄o ſignificat rē in p̄ſenti: hoc aūt nō admittit veritas lo
2º cutionis: qꝛ panis nō eſt corpꝰ chriſti. Itē ī aliȷ̄s
ſacramētis ponit verbū ſignificās actū miſtri ⁊ dei
vt baptiſo: qꝛ deꝰ baptiſat interiꝰ ⁊ exteriꝰ miniſter
ergo ſiliter debet fieri in hoc ſacr̄o: ſed hoc verbū eſt
nullū actū miniſtri vl̄ dei importat: ergo nō debꝫ eē
3º de forma. Itē actus verbi in aliȷ̄s ſacr̄is aliq̄ mō
dicit actū ꝓpriū materie: ſicut baptiſo dicit actū ab-
luendi qꝺ eſt actus aque ꝓprius: ⁊ inūgo dicit actū
vngēdi: q̄ eſt ꝓprius actus chriſmatis ⁊ olei infirmo
rū: ergo videtur ꝙ etiā in hoc ſacr̄o actus importa-
ri debeat: qui ſit ꝓprius materie panis ⁊ vini ſic nu-
trio vel cibo. Et ita deberet dicere nutrio vos corpo
4º re meo ⁊ nō: hoc eſt corpꝰ meum. Itē ſacrm̄ noue
legis ex ſua forma efficit qꝺ figurat: ergo videtur ꝙ
deberet poni in forma verbū denotās hāc efficiētiā:
⁊ hoc nō facit vbū ſubſtātiuū: ḡ male ponit ī forma.
5º Itē in operibus creatiōis: vbi nullū fieri eſt mediū
inter creantē ⁊ opꝰ: tñ vtimur vbo fiēdi: ergo videt
6º ꝙ ſiliter ⁊ hic vti debeamꝰ. Itē panis eſt trāſiens
in corpꝰ chriſti: ergo male dicit ꝙ ſit corpꝰ chriſti: qꝛ
7º ſic nō ſignificat trāſitꝰ pāis. Itē vbū ſubſtātiuū
notās inherētiā predicati cū ſubiecto ſupponit ſub-
iectū cū forma ⁊ materia ſicut cū dicit: hō eſt animal
vl̄ hō eſt albꝰ: ergo ſiliter facit hic: ergo panis qui eſt
in forma ⁊ materia manēs ē corpꝰ chriſti: qꝺ hereti-
cū ⁊ falſiſſimū eſt: ergo videt ꝙ li eſt male ponat de
Queſtiūcu forma. Ulteriꝰ querit de hac particula corpꝰ: vi-
la tertia. detur eñ ꝙ cōueniētiꝰ diceret caro: qꝛ cū loq̄tur ioh.
Arguit p̄o 6. de cibo huius ſacramēti ponit carnē dicēs: Caro
2º mea vere eſt cibꝰ ⁊c̄. Itē corpꝰ vt organizatū nul-
lū eſt aptū comeſtioni: ſicut nec oēs partes eiꝰ: ſꝫ ca-
ro ſola apta eſt: vel aptior cūctis aliȷ̄s mēbris ſilibꝰ
⁊ diſſilibꝰ: ergo videt ꝙ carnē ⁊ nō corpꝰ debuit po
3º nere. Itē panis eſt corpꝰ ſile in toto ⁊ in partibꝰ/
qꝺ omogeniū vocat: qꝛ quelibet pars panis eſt pa-
nis: ⁊ quelibet pars vini eſt vinū: ergo videt ꝙ ſit ſi
gnū cibi omogenȷ̄: ergo carnis ⁊ nō totius corporis
organici: ergo debuit poni caro ⁊ nō corpꝰ. Item 4º
vinū ex vi ſacramēti nō ꝯuertit niſi in ſanguinē: qui
eſt omogenius: ergo eadē rōne panis non conuertit
ex vi ſacr̄i niſi in carnē q̄ eſt pars omogenei. Ulte- Queſtiun-
rius querit quare dicit meū. Uidet eñ ꝯuenientiꝰ cula q̄rta
dixiſſe corpꝰ chriſti: qꝛ ſi ꝓpter reuerētiā nois etiam Arguit p̄o
voluit deꝰ vt ad tēpus baptiſmꝰ fieret ī noīe chriſti:
ergo etiā ꝓpter maiorē dignitatē huiꝰ ſacramēti de-
buit hic poni nomē iſtud. Itē maioris efficatie eſt 2º.
forma in hoc ſacr̄o ꝙ̄ in aliȷ̄s: qꝛ h̄ corpꝰ inaniatū ⁊
nō gl̄oſum cōuertit in corpꝰ aiatū ⁊ gl̄oſum vnituꝫ
diuinitati: ḡ hic maior effectus deberet attribui di-
gniſſimo noīe. ſ. ieſus xp̄s: ḡ deberet dixiſſe: h̄ eſt cor
pus ieſu chriſti vt videt. Ulteriꝰ querit de his q̄ Queſtiūcu
addūtur ī euāgelio de hoc. ſ. accipite ⁊ comedite vtꝝ la quinta.
ſit de forma: Uidet ꝙ ſic: qꝛ illa referunt ad vſum ſa Arguit p̄o
cramenti: hoc autē qꝺ dicit: hoc eſt corpꝰ meū tm̄ ad
trāſſubationis inſinuationē: ergo videt ꝙ eque vel
magis accipite ⁊ comedite ſint de ſuba forme: ſicut
hoc ꝙ dꝛ: hoc eſt corpꝰ meū. Itē actus notās exer 2º
citiū ⁊ vſum baptiſandi eſt de forma in baptiſmo cū
dꝛ baptiſo te ⁊c̄. ergo ſilit illa vba q̄ notāt vſum hu-
ius ſacramēti de forma eē debēt vt videt. Ulteriꝰ Queſtiūcu
q̄rit de mutatiōe additōe ⁊ diminutōe: ⁊ corruptio la ſexta.
ne: ſicut in q̄ſtiōe de forma baptiſmi ⁊ cōfirmatōis.
Solo dōm ꝙ hec eſt forma: hoc eſt corpꝰ meū: meo Solo
iudicio ⁊ nō plus. Ad ſolutionē aūt eoꝝ q̄ obiecta
ſunt notādū ꝙ illa oratio ī triplici vi habet cōſidera
ri habet eniꝫ vnā ſm ꝙ eſt vox ſignificatiua rei: ⁊ ex
hoc mō facit ſignū de re aliqua demonſtrata. Item
habet vim ſm qꝺ eſt forma ſacr̄i ab inſtitutiōe dīna
⁊ ſm hoc eſt cōuerſiua panis in corpꝰ chriſti: ⁊ facit
trāſitū ſiue panis trāſſubationē. Tertiā habet vim
ſm quod in ea operatur vbū increatū in cuiꝰ perſona
ꝓfert a ſacerdote: qꝛ quaſi recitatiue a ſacerdote di-
cta refert ad verbū increatū ſm ꝙ ip̄m in voce iſtiꝰ
orōnis operatur. Et hoc mō dixerūt de antiquioribꝰ
theologi ꝙ vox habꝫ referri ad rē ⁊ res indiuiſibilit
⁊ indiuiſibili vi opat cū ꝯiūcto ſibi vbo icreato: ⁊ nō
eſt ſepare partē a parte: ſicut in alia cōſtructiōe: ⁊ li-
cet habeat ſignare inquātū ē vox creata: nō tñ habꝫ
operationē ſacramētalē inq̄ntū hmōi: ſꝫ inq̄ntū indi-
uiſibilit operatur in ea verbū increatū ſignatū ad qꝺ
reduci habet orō iſta: vnū eſt. ſ. corpꝰ chriſti: licet plu
ribus vocibꝰ exprimat ſm modū ſuppoſiti ⁊ apposi
ti ⁊ cōpoſitōis. Ad primū ergo dōm ꝙ ille triplex Ad p̄mū.
vſus forme ſm ꝙ hec verba accipiūt cū ſignificatio-
ne inſtitutiōe ⁊ operatiōe vbi increati nō eſt niſi ī ſacr̄o
licet argumetatio illa ꝓcedat ac ſi vſus huiꝰ orōnis
nihil habeat ab inſtitutiōe ⁊ operatione verbi increati
⁊ hoc nō eſt verū. Ad aliud dicendū ꝙ etiā illa ob Ad ſecūdū.
iectio ſupponit falſum. ſ. ꝙ orō nō ſit niſi inſinuati-
ua facti ⁊ nō faciēs tranſitionē ex inſtitutiōe ⁊ opera-
tione verbi increati: in cuiꝰ perſona vba illa ꝓferūtur.
Quare aūt verbū notās tranſitū vel mutationē nō
ponit in orōne illa infra vt poterimus determinabi
mus. Ad aliud dōm ꝙ hoc eſt verū de vocibꝰ ad Ad tertiū.
ſolū vſum ſignificandi inſtitutis: ſed nō de vocibus
q̄ ſunt forme ſacr̄oꝝ in quibꝰ inſtitutio facit voces eē
operatiuas gr̄e inuiſibilis. Ad aliud dōm eodē mō Ad 4m
ꝙ pronomē habet vires tres ſm ꝙ tota oratio ⁊ il-
le argumētatōes q̄ fiūt a cōi vſu loquēdi ad orōnes
q̄ ſunt forme ſacr̄oꝝ nihil valent. Ad id qꝺ obȷ̄cit Ad 5m
de prima parte orōnis ꝙ eſt demōſtratiuū ꝓnomē

ſine p̄iudicio recitabo tres opiniones mḡroꝝ p̄mo
⁊ poſtea tāgā qđ meliꝰ mihi videt̃. Prima opinio eſt
eoꝝ qui dicūt ꝙ li hō facit demōſtrationē ad ſenſum
⁊ ꝙ illa cadit ſuꝑ ſubām panis nō ſimplicit̃: ſed ꝓut
eſt ſubſtātiatus in corpꝰ chriſti: ⁊ hic dicit ꝙ demon-
Obiectio. ſtrat cōtētū panis ꝓut eſt terminꝰ tranſſubationis.
Solō. Et ſi obijcit̃ ꝙ panis tranſſubatꝰ in corpꝰ chriſti
nō eſt panis: ſꝫ corpꝰ chriſti. Dicūt ꝙ hoc eſt verū: ſꝫ
nō ſimpliciter eſt corpꝰ chriſti: ſed ꝓut finis eſt cōuer
ſionis ſacramētalis. Qualit̃ aūt illa argumēta ſol-
uant patebit poſteriꝰ qꝛ vna ſolutio eſt omniū illoꝝ
ꝭm has oēs opiniōes. Alij dicūt ꝙ ē ibi demōſtra
tio ad ītellectū ⁊ cadit demōſtratio ſuꝑ accidētia ſpe
cierū panis ⁊ vini ꝓut ſunt ſpēs ſacramētales: ⁊ nō
ꝓut ſimplicit̃ ſpēs: ⁊ iō ſenſus eſt ſignatū ſacramēta
lit̃ ī ſpēbꝰ panis ⁊ vini ē corpꝰ xp̄i. Et iſti dicūt ꝙ tal'
demonſtratio ſimplicit̃ nō exigit idemptitatē in ſpe-
cie inter rē demōſtratā ⁊ intellectā: ſꝫ tm̄ cōueniētiā
que eſt inter ſignū ⁊ ſignatū ſacr̃aliter. Et ſic ſoluūt
Arguit̃ cō- argumēta in cōtrariū obiecta. Sed cōtra vtrāqꝫ
tra vtrāqꝫ iſtaꝝ ſolutionū ⁊ opinionū videt̃ obijci cōtra primā
quidem: quia impoſſibile eſt in ſe: vel vt terminum
demōſtrari qđ nō ē añ demōſtratū: corpꝰ aūt chriſti
nec in ſe/nec in altari/nec vt terminꝰ cōuerſiōis eſt
añ demōſtrationē ergo neutro mō pōt demōſtrari.
Arguit̃ cō- Cōtra ſcđam aūt videt̃ obijci: qꝛ ſacr̃alit̃ demon-
tra ſcđam ſtratur id qđ actu eſt ſub ſacr̃o demōſtratiōe cadente
ſuꝑ ſpēs ſacr̃ales: ſꝫ corpꝰ chriſti nō ē cōtentū ſub ſpe
ciebꝰ illis demōſtratiōe cadēte ſuꝑ ſpēs illas: ḡ non
Tertia opi- cōtingit ipm̄ ſacr̃alit̃ demōſtrari. Et iō videt̃ mihi
nio ꝓbabil' tertia via eſſe ꝓbabilioꝛ ꝙ dicat̃ ꝙ li h̄ eſt demōſtra
⁊ vera. tiuū ſimul ⁊ oꝑatiuū ſiue cōuerſiuū: ⁊ h̄ habet inq̄n
tū eſt pars forme ſacr̃alis ab inſtitutiōe: ⁊ cū verbo
increato: ⁊ iō nō diuiſim habet: ſꝫ potiꝰ voces refe-
runtur ad res ſignificatas in vocibꝰ illis ⁊ ad v̄bū
increatū ſimplicit̃: ⁊ ita in virtute vniꝰ indiuiſibilis
oꝑātis oꝑatur oꝛō illa q̄ eſt forma ſacramēti: ⁊ oꝑā-
do demōſtrat ⁊ demōſtrādo oꝑatur: ſic̄ dicit̃ de crea
Ad idē q̄n- tione ⁊ infuſiōe aīe. Ad id ergo qđ primo obijcit̃
tū argumē dōm ꝙ demōſtrat corpꝰ chriſti ſub accidentibꝰ ⁊ fa-
tum. ciēdo ipm̄ eē ibi demōſtrat: ⁊ ideo plus eſt dictū h̄ eſt
corpꝰ meū q̄ꝫ corpꝰ meū ē corpꝰ meū: qꝛ ſenſus eſt h̄
eſt corpꝰ meū. i. cōtētū ſub ſpēbꝰ eſt corpꝰ meū: ⁊ vir
Ad ſextū. tute huiꝰ oꝛōis ibi factū eſt ſuba panis. Ad aliud
dōm ꝙ verū eſt hāc eſſe falſam ꝙ panis eſt corpꝰ xp̄i
⁊ nō eſt ſil'e niſi nos diceremꝰ ꝙ h̄ verbū eſt nō nota
ret niſi cōpoſitiōis inherētiā cū p̄ſenti tꝑe cōſignifi-
cato. Nos aūt dicimꝰ ꝙ ab inſtitutiōe ⁊ cōiūctione
ad verbū increatū eſt conuerſiuū ſicut tota oratio: ⁊
iō nō notat inherētiā h̄: ſꝫ ꝯuerſionē ⁊ exiſtentiā cor-
Ad ſepti- poris chriſti ſub ſpēbus eiꝰ qđ cōuertit̃ ī ipm̄. Ad
mū ⁊ octa aliud dōm ꝙ ſiue dicat̃ ad ſenſum demōſtratio ſiue
uū. intellectū ſemꝑ diminute dicit̃: ſꝫ ſi dicat̃ ad intelle
ctū eſſe cū vi cōuerſiua demōſtrāti ad intellectū: tūc
erit ꝓbabiliꝰ: ⁊ tñ nō ſeq̄tur incōueniēs qđ cōcludit
obiectio. Sūt tñ q̄ dicūt ad ſenſū eē demōſtrationē
eo mōq̄ res ſacr̃i ſenſibilis dicit̃ ſub ſpēbꝰ ſacr̃alibꝰ.
Ad 9m. Ad aliud dōm ꝙ cū dꝛ hec herba creſcit ī orto meo
nō ē niſi pars illiꝰ demōſtrationis: quia iſta eſt tm̄
oſtenſiua: iſta aūt factiua primo ⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns oſtēſiua
Ad aliud dicendū ꝙ demonſtratio ſignificat̃ hic
vt exercita: ſed tamē hec nō eſt tota virtus eiꝰ nec eſt
prima: ſꝫ potius illa quā habet inquantū eſt forma
ſacr̃i: ⁊ hec eſt oꝑatiua eiꝰ qđ demōſtrat̃ ⁊ poſt hec de

monſtrat. Vñ ſicut licet aīa infundēdo creat̃: ⁊ creā
do infundit̃: tñ creatio ꝭm intellectū p̄cedit infuſio-
nē: ita h̄ licet demōſtratio ꝓnoīs ſimul faciat demō
ſtrari ⁊ demonſtret: tñ virtꝰ oꝑatiua ꝭm intellectū p̄
cedit demonſtrationē ī forma ſacr̃i: ⁊ iō tales argu-
mētationes nihil valēt. Ad aliud dōm qđ verū eſt Ad p̄mum
ꝙ oꝛō non eſt diuidēda: ⁊ hoc eſt ꝓpter oꝑatiuā v̄tu- qđ ē ꝯ ſolu-
tē quā nō habet ex ꝯſtructiōe vel ordine vel ꝯiūctio- tione p̄mā.
ne partiū: ſed potiꝰ ex inſtitutione diuina ꝭm ꝙ vox
ad ſenſum refert̃: ⁊ in ſenſu v̄bi verbū increatū oꝑat̃
⁊ iō obiectio facta in ꝯ̄riū nihil valet: qꝛ hoc verū eſt
de oꝛōe q̄ nō ē niſi ſignificatiua: qꝛ ꝯſtructio illiꝰ de-
pendet a mō ſignificādi ⁊ ſignificatōe partiū. Ad Ad vndeci-
aliud dōm ꝙ hoc iō ꝯtinet: qꝛ alie oꝛōnes nō oꝑant̃ mū.
ſuū ſignificatū: ſed inſinuāt tm̄: ⁊ ideo nihil eſt ſil'e.
Ad aliud dōm ꝙ hoc verū eſt de demonſtratiōe q̄ Ad duode-
tm̄ eſt oñſiua rei ⁊ nō factiua virtute oꝛōnis in q̄ ipa cimū.
eſt: hec aūt demonſtratio cū virtute alioꝝ v̄borū fa-
cit id qđ demonſtrat̃ ſub accidētibꝰ ⁊ demonſtrando
facit ipām. Ad aliđ dicēdū qđ bñ aſſentiēdū ē glo Ad id qđ ē
ſe dūmō intelligat̃. ſ. ꝙ id qđ videt̃ ſub ſpēbꝰ ilis vir- ꝯ ſcđam ſo-
tute oꝛōnis cū demonſtratiōe eſt ibi factū. Et ptꝫ ex lutionē.
p̄dictis ꝙ id qđ ꝯ̄ obijcit̃ nō valet niſi daremꝰ hoc ꝙ
demōſtratio ē ſignificatiua tm̄ demōſtrati ⁊ nō oꝑa
tiua. Ad aliud dōm qđ verū eſt ꝙ li hoc ſupponit Ad id qđ ē
v̄bo p̄ñtis tꝑis/⁊ ſupponit id qđ actu eſt: ſed hoc de ꝯtra ſecun-
monſtādo ibi efficit̃/⁊ efficiēdo ibi demonſtrat̃: ⁊ iō dā ſolutōꝫ.
non ſupponit ſubām panis: ſꝫ potiꝰ corporis chriſti
⁊ nihil ē dictū ꝙ li h̄ faciat ibi ꝑtē ſic̄ prius dictū eſt:
qꝛ hoc habet tota oꝛō indiuiſibilit̃ relata ad ſignatū
⁊ ab inſtitutione: ⁊ iō nihil eſt de termino finali vel
termīo initiali: qꝛ totū oꝑat̃ ad illū indiuiſibilē effe-
ctū vt vnū īdiuiſibile Ad aliđ dōm ꝙ ī hac relatōe Ad tredeci-
hꝫ ꝓnomē qđ nō hꝫ ī alia ꝓpt̃ h̄ qđ eſt de forma ſacr̃i mū.
oꝑatiua ꝑ inſtitutionē diuinā. Ad id qđ vlteriꝰ q̄-
ritur dōm ꝙ ſicut dictū eſt de ꝓnoīe demonſtratiuo Ad queſtiū
ꝙ nō eſt tm̄ demōſtratiuū: ſꝫ etiā oꝑatiuū: ita dōm culā ſecūdā
eſt de v̄bo eſt ꝙ nō tm̄ notat coherentiam: ſꝫ eſt oꝑa- ⁊ ad primū
tiuū ⁊ ꝯuerſiuū vt dictū eſt/⁊ vna ⁊ ſimplex virtus
oꝑans eſt in oībꝰ illis v̄bis inquātū referūt̃ ad vni-
tatē inſtitutiōis: ⁊ verbi increati oꝑātis ī v̄bis iſtis
⁊ ideo ſicut hic admittitur id in quod conuerſus eſt
panis in corpꝰ chriſti: ita admittit̃ h̄: hoc eſt corpus
chriſti: cū ſimul fiat ꝯuerſio ⁊ ſignatio p̄ñtis corꝑis
chriſti: ⁊ virtute eiuſdē oꝛōnis. Ad aliud dōm ꝙ ſe Ad 2m
cus eſt in iſto ⁊ alijs ſacr̃is: qꝛ in alijs aliq̄d oꝑat̃ mi
niſter ad minꝰ in materia vt tinctionē q̄ fit in aq̄ fa-
cit miniſter: ſed hic nec ſuꝑ materiā exterioꝛē q̄ ē pa-
nis ⁊ vinū: nec interiꝰ in effectu gr̃e p̄t eē opꝰ niſi di-
uinū: ⁊ iō nō potuit h̄ eſſe actꝰ miniſtri ſignificatꝰ in
forma. Ad aliud dōm ꝙ ī alijs ſacr̃is ꝯſecratur et Ad 3m
ꝯficit̃ ſacr̃m cū recipit̃ vt baptiſmꝰ cū baptiſmꝰ reci-
pitur ⁊ ꝯfirmatio cū aliq̄s recipit cōfirmationē ⁊ ſic
de alijs. In hoc aūt ſacr̃o non eſt ſic: ſed ꝯuerſio ē añ
receptionē ſacr̃i: ⁊ nō potuit poni v̄bū ꝯgruentē no-
tās actū materie: qꝛ iſte ē in vſu ſacr̃i poſt ꝯfectionē ⁊
h̄ tetigit dñs qñ dixit: accipite ⁊ comedite ⁊c̄. Ad Ad 4m
aliud dōm ꝙ v̄bū notās motū vel mutationē nō cō
petit in hoc ſacr̃o: qꝛ oīs motus ⁊ mutatio ſupponūt
materiā cōem vtriqꝫ terminoꝝ motꝰ ⁊ mutationis
ſuꝑ quā fit: ſed h̄ nihil taliū eſt: qꝛ panis nō eſt mate
ria: de q̄ fit corpꝰ xp̄i ita ꝙ ꝯuertat̃ aliq̄ noua mat̃ia
in corpꝰ xp̄i: q̄ ante non fuit ſub forma corporis xp̄i:
qꝛ hoc ſine augmēto eē non poſſet: ſed h̄ fit tranſſub-

ſtantiatio toti⁹ cōpoſiti panis ex forma ⁊ materia in
ſubam ꝑexiſtētē corꝑis xp̄i ſine aliq̄ mutatiōe media
⁊ ſine interuallo tp̄is ⁊ iō cōpetēti⁹ ponit̄ ibi v̄bū eſt
cū potētia trāſubandi ꝙ̄ aliud v̄bū notās motū vel
Ad quintū mutationē. Ad aliud dōm ꝙ in ōpib⁹ creationis
eſt ad min⁹ ſuba de nouo facta q̄ añ nō erat: licet nō
ſit ꝓprie motus vel mutatio: ſed hic nulla ſuba perit
nec aliq̄d nouū corpori xp̄i aduenit: ſed trāſſubatio ē
hmōi in hoc virtute v̄boꝝ: ⁊ ideo nō poſſunt h̄ ꝓprie
Ad ſextū et verba motū ſignificātia poni in forma. Ad aliō di
ſeptimū. cendū ꝙ obiectio hec ꝓcederet ſi v̄bū eſſet tm̄ notās
inherētiā p̄dicati cū ſubiecto: dictū eſt aūt iā ſepi⁹ ꝙ
ip̄m cū hoc ⁊ ꝑ intellectū añ hoc eſt ꝯuerſiuū hoc mō
ꝙ trāſſubatio toti⁹ panis in totū corp⁹ xp̄i dici p̄t cō
Ad queſtiū uerſio: ⁊ ideo obiectio nihil valet. Ad id qō vlteri⁹
culā tertiā ⁊ querit̄ de tertia particula q̄ eſt corpus dōm ꝙ ſacr̄m
⁊ ad p̄mū maxime ꝑfectionis nō ꝯueniebat eē partis: ⁊ iō nō
poterat eē de carne forma: ſed de toto corpore. Et h̄
qō dicit dñs in euāgelio Joh.6. dicit̄ ꝑ ſynodechen
⁊ intelligit̄ de toto: ponit̄ tm̄ ibi caro mea vere: q₂ a
minori ꝑ h̄ oñdit̄ de toto: ſi ei caro q̄ eſt defectibilior
Ad 2m. ꝑs viuificat: ml̄to magꝫ ſp̄us ⁊ tot⁹ xp̄s. Ad aliud
dōm ꝙ illa obiectio ſophiſtice ꝓcedit: hoc em̄ qō ꝓpo
nit eſt verū de cibo q̄ ꝯuertitur ad nos: non de eo ad
quē nos cōuertimur: ſed de cibo iſto verū eſt ꝙ ad ſe
nos ꝯuertit: vt ſup̄ dictū eſt: ⁊ iō meli⁹ ponit̄ ibi cor
pus in diſſil̄itudine partiū ꝙ̄ caro: q₂ nō in rōe vni⁹
gratie vnit nos ſibi in vſu: ſed in iſto operatur vſum
ſpiritualis oculi: in altero vero vſum ſpiritualis ſcꝫ
Ad 3m pedis ⁊ ſic de alijs. Ad aliud dōm ꝙ licet panis
ſit corp⁹ omogeniū: non tm̄ colligit̄ ex grano vno: ſꝫ
ex diuerſis: ⁊ hac ſil̄itudine ſumitur in ſacr̄o vt dici
tur in lr̄a: ⁊ hoc modo magis ponit ꝯueniētiā ad cor
Ad quartū pus diſſil̄e in ꝑtib⁹ ꝙ̄ ad corp⁹ ſil̄e. Ad aliud dōm
ꝙ hoc ꝙ vinū ſacramētalit̄ non cōuertit̄ niſi in ſan
guinē non eſt ꝓpter omogeneitatē materie: ſꝫ ꝓpt̄ ra
tionē vſus: q₂ dat̄ in potū ſp̄ualē ⁊ effectū redēptio
nis: tm̄ ī q̄ntū fidelib⁹ diuerſis dat̄ colligit̄ vinū ex di
uerſis granis vue: ſꝫ ō corꝑe nō eſt ſic: q₂ illud dat̄ in
figura corꝑis xp̄i miſtici vniti capiti xp̄o: ⁊ h̄ corpus
habet diuerſitatē vſus ī gratijs mēbroꝝ: ⁊ huic oꝑa
Ad queſtiū tioni magis ꝯuenit corp⁹ diſſimile ꝙ̄ ſil̄e. Ad ali
culā q̄rtā ⁊ ud dicendū qō vlteri⁹ querit̄ de q̄rta particula: q̄ eſt
ad primū. meū ꝙ meli⁹ ponit̄ ibi meū ꝙ̄ xp̄i: q₂ illa verba qua
ſi in ꝑſona xp̄i recitāt̄ a ſacerdote. Si aūt poneretur
ibi xp̄i tūc videret̄ ad aliā ꝑſonā ordinari: ⁊ ſic alia ꝑ
ſona ſignificaret̄ oꝑari in v̄bis iſtis: ⁊ hoc oñſum iā
eſt nō eē ꝯueniēs: q₂ v̄bū increatū cōueniēt̄ oꝑat̄ in
Ad 2m. v̄bo creato vt habitū eſt. Ad aliud dōm ꝙ i baptiſ
mo aliud eſt: q₂ ibi oꝑatur miniſter ⁊ inuocat deū ⁊
illa inuocatio ad nomē xp̄i ꝓpter aliquā cām reduce
batur: ſꝫ in hoc ſacr̄o nō oꝑatur niſi verbū fili⁹ in v̄
bo creato qō ad hoc inſtituit: ⁊ ideo debet iſtud v̄bū
ꝓnūciari tanq̄ꝫ ſue ꝓprie ꝑſone ⁊ non de ipſo vt de al
tero fieri locutio qō fieret ſi poneret̄ ibi xp̄i ꝓpter h̄
ꝙ ꝑſonā aliā ꝙ̄ loquētis: vel in cui⁹ ꝑſona ſacerdos
Ad queſtiū ꝓnūciat nomē ſignificaret. Ad id qō vlteri⁹ queri
culā quītā tur dōm ꝙ accipite ⁊ comedite ꝑtinet ad vſum ſacr̄i
⁊ ad primū ⁊ nō ad ꝑfectionē: ⁊ ideo puto ꝙ non eſt de forma: h̄
aūt quod dicit̄ hoc eſt corpus meū nō eſt tm̄ inſinua
Ad 2m. tiuū: ſed oꝑatiuū ſacr̄i vt dictū eſt. Ad aliud dōm
ꝙ ille act⁹ quē ſignificat verbū baptiſo non tm̄ dic
exercitiū: ſed etiā fieri baptiſmatis: h̄ aūt non ſic eſt:
Ad queſtiū q₂ ꝑfectio iſti⁹ ſacr̄i ē añ ꝑceptionē vt dictū eſt. Ad
culā ſextā.

aliud dōm qō vltimo querit̄ dicat̄ ſicuti p̄habitis.
Ex hoc pꝫ falſitas cuiuſdā opinionis: ⁊ ſolutio cu
iuſdā queſtiōis antiquoꝝ: q̄ ꝓpter hoc neſcierūt di
ſtinguere int̄ vſū ⁊ ꝑfectionē ſacr̄i: dixerūt ei ꝙ de⁹
ipſe alijs v̄bis ſecretis ꝯfecit corp⁹ ſuū: ⁊ poſtea his
verbis: hoc eſt corp⁹ meū dedit virtutē ꝯficiandi: h̄
eni non eſt rōnabile: ſꝫ ꝙ etiā tūc illa v̄ba fuerūt non
tm̄ ſignificatiua corꝑis dñi: ſed oꝑatiua. Si autē Queſtiun
querit̄ de li em̄ qō in romanis libris dicit̄ ⁊ in anti cula.
quis libris patrū inuenitur vtrū ſit de forma. Di Solo.
cendū eſt ꝙ tutū eſt apponere: tm̄ in euāgelio non in
uenitur ⁊ magis tāgit cām vſus q̄ importat̄ in v̄bo
accipiēdi ⁊ comedēdi ꝙ̄ ſit de ſuba forme.

Querit̄ de forma que dicit̄ ſuꝑ vinū ⁊ de Arti. VII.
ſingulis verbis in ea poſitis. h̄

Einde querit̄ de hoc qō dicit ibi [Accipite et
d bibite ex hoc oēs ⁊c. s. Querit̄ em̄ de forma
que dicit̄ ſuꝑ vinum. Et querūtur duo. ſ. de
v̄bis in ea poſitis: ⁊ de cōparatiōe ipſi⁹ ad formā q̄
dicit̄ ſuꝑ panē. Videt̄ em̄ ꝙ nō ſit forma illa quā fre Arguit̄ p̄o.
quētat eccl̄ia. ſ. hec: Hic eſt eni calix ſanguis mei no
ui ⁊ eterni teſtamēti: miſteriū fidei q̄ ꝓ vob ⁊ ꝓ mul
tis effundet̄ in remiſſionē pctōꝝ. Hoc ei totū ponit
eccl̄ia: ⁊ cōſtat ꝙ in nullo euangeliſtarū inuenitur.
Cū ergo ſacr̄m nō habeat formā niſi inſtitutā a deo
videt̄ hoc nō eſſe de forma: qō pꝫ currēti ꝑ ſingula
euāgelia. In Matt. 26. habet̄ ſic: bibite ex hoc oēs
hic eſt ſanguis me⁹ noui teſtamēti q̄ ꝓ multis effun
detur in remiſſionē pctōꝝ. In Mar. 14. ſic: Et acce
pto calice gr̄as agēs dedit illis: ⁊ biberūt ex eo oēs:
⁊ ait illis: hic eſt ſanguis me⁹ noui teſtamenti qui ꝓ
ml̄tis effundet̄ Luce. 22. ſic: Hic eſt calix noui teſta
mēti q̄ ꝓ vob effundet̄: patet ergo ꝙ in nullo ē euan
geliſtaꝝ. P̄ videt̄ ꝙ p̄ſūptio fuerit ponere qō dñs 2o
nō appoſuit: ergo videt̄ ꝙ etiā peccāt ī tāto ſacramē
to / hāc formā tenētes. Itē videt̄ ꝙ id qō apponit̄ 3o
nullā habeat virtutē trāſſubandi. Hāc em̄ virtutē
nō habēt v̄ba niſi in q̄ntū ſunt v̄bi increati ſtatuētꝫ
ea: vt infra diſt. ix. habebit̄ in lr̄a Amb. ꝙ ſermo xp̄i
creaturā mutat: ergo videt̄ ꝙ non ſint de forma ea q̄
appoſuit hō: ꝙ a deo nō inueniūtur inſtituta. Itē 4o
Hiero. dic: Nō credat̄ mihi ſi dixero aliq̄d qō ꝑ no
uū vl̄ ꝑ vet⁹ teſtamētū ꝓbare nō poſſum ꝙ aūt ī for
ma ſit miſteriū fidei ⁊ eterni teſtamenti nec ꝑ no. nec
ꝑ ve. teſtamētū p̄t ꝓbari: ergo nō ē credēdū eē de for
ma: p̄cipue tāti ſacr̄i qō totū ſup̄ hoīem eſt. Vlteri Queſtiūcu
us videt̄ ꝙ nō cōuenient̄ ponit̄: ibi calix ſanguinis la prima.
Ea aūt que ſunt de forma vl̄ materia ſunt de eēntia Arguit̄ p̄o
ſacr̄i: calix aūt vas ſacr̄i ē nec forma nec mat̄ia: g̃ n̄ ē
ō eēntia ſacr̄i: g̃ n̄ dꝫ poni ī forma. Itē ſi dicas ꝙ ꝑ Solo.
trāſūptionē ponit̄ calix ī forma: ex h̄ videt̄ ſeq̄ ml̄ti Obiectio.
plex incōueniēs. Primū q̄dē q₂ tranſūpt⁹ intellect⁹ Primū in
p̄ſupponit ſibi aliū in q̄ fundat̄ q̄ eſt ꝓpri⁹: q₂ prius cōueniēs.
oꝑtet ꝯſiderare ꝓꝑetates rei ꝑ q̄s fit trāſſūptio: añq̄ꝫ
intellect⁹ ad aliud trāfferat̄: ergo ſimplex neſciēs ali
q̄d trāfferre vl̄ trāſlatiōes facere ꝑiculoſe p̄t ſe hr̄e in
ipſo: cū g̃ in ſacr̄o iſto p̄cipue debeat caueri ꝑiculū er
roris: eo ꝙ rō minime pōt ſe iuuare in eo: ergo videt̄
ꝙ i eo nihil debeat poni trāſlatiue Scdō q₂ oīs trāſ Secūdū in
ſſūpt⁹ intellect⁹ ex eo ꝙ ſibi p̄ſupponit aliū ꝯſiſtit in cōueniēs.
q̄dā intellectuū ml̄tiplicitate: ſꝫ ml̄tiplicitas intelle
ctuū: cā ē euagatōis cū g̃ in hoc ſacr̄o ad qō toto co
natu vix fide attingit hō neceſſariū ſit hoi: vt totū ſe
in ſe recolligat: ⁊ non euaget̄: videt̄ ꝙ nihil in eo de

Tertiū in- beat dici ꝑ trāſlationē. Tertio vꝫ q꞉ trāſlatio fit ab
cōuenieſ vno ad aliō꞉ergo aut fit trāſlatio ad corpꝰ vl' ad ſan-
Obijcit p̄- guinē. Si ad corpꝰ ḡ v̄tute illoꝝ v̄boꝝ efficit ibi cor
mo ḋ corpe pus꞉⁊ hoc nemo dicit꞉q꞉ lꝫ ſit in calice corpꝰ꞉tn̄ nō
eſt ibi ex vi ſacri꞉ſꝫ ex vi cōnexiōis꞉quā hꝫ cū ſangui
ne. Si aūt ad ſanguinem fit trāſlatio tūc nō p̄t fieri
tranſlatio꞉niſi ex ꝓprietate illa qua bibit de calice.
Et tūc ſenſus erit calix ſanguis ⁊c̄.i. potꝰ ſanguis
⁊c̄.ḡ ſilr̄ dixiſſe debuerat ḋ corpe꞉h̄ ē cibꝰ corpis mei
⁊ h̄ nō dixit꞉ ḡ nō hic videt vſus tali mō trāſlatiōis.
Quartū in- ꝓ ſi ponit ꝓ cōtēto vt quidā dixerūt꞉tūc nō debe
cōueniēs. ret in cōſtructōe eſſe modꝰ diuerſitatis ex trāſſūptio
ne quā notāt obliq꞉q꞉ inter cōtētū ⁊ ſanguinē nulla
Queſtiun- eſt diuerſitas vt videt. Ulterꝰ querit de hoc qḋ
cula ſcḋa. dicit ſanguis mei꞉cū em̄ principale qḋ efficit forma
Arguit p̄º ſit ſanguis꞉ videt ibi poni debere in recto/⁊ non in
obliq꞉hoc etiā videt ex forma corporis꞉q꞉ ibi dicit꞉
2º hoc eſt em̄ corpꝰ meū꞉ergo ⁊ deberet dici꞉hic eſt em̄
ſanguis meꝰ. Idē ibi dicit mgr̄ ī lr̄a eſſe factū꞉et
3º duo euāgeliſte.ſ.Matt.⁊ Mar.ergo videt ꝙ in re-
4º cto deberet īportari. Itē cū obliq ſunt trāſitiui et
notātes diuerſitatē꞉videt eſſe diuerſitas inter rē ſa
cramēti ⁊ ſanguinē꞉cum autem ibi nulla ſit diuerſi
Queſtiūcu- tas꞉videt ſanguis male poni in obliquo. Ulterꝰ
la tertia. querit de hoc ꝙ dicit no.⁊ eterni teſtamēti꞉nouū em̄
Arguit p̄º eſt vt dic̄ q̄dā phs qḋ q̄ꝫtū ad ſui initiū ē ꝓpinquū꞉ſꝫ
res iſtiꝰ ſacramēti eſt eterna꞉q꞉ filiꝰ dei꞉ergo non eſt
Primū noua. ꝓ aut nouū eſt quo ad rē aut quo ad ritū꞉ſi
quo ad rē꞉hoc falſum eſt꞉q꞉ ſm̄ hoc nō eſſet eternū꞉ſi
quo ad ritū꞉ergo falſum eſt꞉qḋ dixit ſup̄ Amb.ꝙ ſa-
cramēta noſtra anteriora ſunt q̄ꝫ ſacra iudeoꝝ꞉⁊ hoc
dicit gr̄a huiꝰ ſacri cuiꝰ ritus p̄ceſſit in melchiſedech
Tertiū Gen̄.14. Itē nouū ⁊ eternū ſunt oppoſita꞉q꞉ no-
uū eſt꞉qḋ ad initiū eſt ꝓpinquū ⁊ eternū qḋ caret ini
tio꞉cū ergo d ī no.⁊ eterni teſtamēti oppoſita videt
Quartū poni circa idē. Itē teſtamētū nō videt eē ſanguis
ſꝫ potiꝰ mādatoꝝ꞉vn̄ etiā tabl'e ꝯtinētes mādata ta
bule teſtamēti dicūt꞉ḡ videt ꝙ nō debuit dici no.⁊
Queſtiūcu- eterni teſtamēti. Ulterꝰ q̄rit de h̄ qḋ dic̄ ibi miſte
la quarta. riū fidei꞉miſteriū em̄ fidei ī oībus eſt ſacramētis vt
Arguit p̄º patet ex diffinitiōe ſacramēti q̄ ſupra ex v̄bis Augu.
in p̄cipio libri poſita eſt in notula ꝙ ſacr̄m eſt qn̄ ſub
viſibili ſpē diuina virtꝰ ſalutē ſecretiꝰ opatur꞉miſte
riū aūt tm̄ valet q̄ntum ſecretū꞉ergo in quolibet ſa-
2º cramēto eſt miſteriū fidei꞉⁊ nō tm̄ in iſto꞉ergo nō dꝫ
ſpālitur poni in iſto. Itē iſtud ſacramētū ſpālr̄ di-
citur eē ſacramētū charitatis. Un̄ Chry.dicit ꝙ da
re carnē ſuā ad manducādū intimi amoris fuit indi-
ciū꞉ſacramētū aūt baptiſmi p̄cipue dꝛ ſacramētū fi-
dei꞉ḡ magis videt cōpetere illi ꝙ ſit ſacramētū fidei
⁊ iſti ꝙ ſit ſacramētū charitatis vel miſteriū꞉ḡ male
Queſtiūcu- ponit in forma miſteriū fidei. Ulterꝰ querit de h̄
la quinta ꝙ dicit꞉Qui ꝓ vobis ⁊ ꝓ ml'tis effundet꞉effuſio em̄
potatiōi ꝯtriat vt videt꞉ergo nō dꝫ poni in ſacramē-
to calicis quē iuxta opꝰ potamꝰ in cōicatōe ſanguis
Queſtiūcu- Itē q̄rit q̄re indiſtincte ponit ꝓ vob ⁊ ꝓ ml'tis ef-
la ſexta. fundet꞉vna em̄ eſt rō effuſiōis ꝓ oībus꞉ergo nō eſt
Arguit p̄º diſtinctio q̄ ad apl'os ⁊ alios q̄ꝫtū ad cām effuſiōis.
2º Itē oībꝰ valuit ſanguis ad redēptōeꝫ q̄ ad ſufficiē
3º tiā.ergo nō debet dici ꝓ multis꞉ſꝫ ꝓ oībꝰ. Itē vir
tus vniuſcuiuſqꝫ determinat ad maximū꞉cū igitur
maxima ſit virtꝰ ſanguis xp̄i effuſi debuit determi-
nari ad maximū effectū꞉ergo meliꝰ dici videbat ꝓ oī
4º. bus q̄ꝫ ꝓ multis. ꝓ videt hec pars nō eſſe de for-

ma.q꞉ nō dicit q̄ſi eēntiale ſacramēti꞉ſed potiꝰ ſacri
effectū in nobis꞉ ḡ videt ꝙ ī forma nō debuit poni.
Ulterꝰ q̄ritur de hoc ꝙ dicit in in remiſſionē petō Queſtiūcu-
rū꞉hoc em̄ dicit finē totiꝰ paſſiōis ⁊ redemptiōis ex la ſeptima.
parte liberatiōis a malo꞉ergo nō magis dꝫ poni in Arguit p̄º.
forma ſanguis q̄ꝫ in forma corpis. ꝓ luce.22.ap 2º
ponitur forme corpis qḋ tradet ꝓ vobis꞉ ⁊ nō dicit
eſſe de forma que dicit ſup panē꞉ergo etiā licet h̄ ad-
datur q̄ ꝓ vob ⁊ ꝓ ml'tis effundet꞉ī remiſſiōꝫ pctōꝝ
nō tn̄ debet dici eē de eſſentia forme. Solutio di- Solo
cendū ad primū ꝙ licet in euāgelio vno nō inueniat ad primū ſe-
⁊ in loco vno forma iſta quā tenet eccl'ia꞉tn̄ per par- cūdū ⁊ ter-
tes ex magna parte inuenit. Et p̄terea tradita inue
nitur ab apl'is q̄ acceperūt eā a dn̄o. Ex em̄ dꝛ hic eſt
calix mei ſanguis accipit a luca. Et ſilr̄ ꝙ dꝛ no-
ui teſtamēti accipitur a tribꝰ.ſ.Matt.Mar.⁊ Lu.
Ex aūt addit eterni ex traditiōe dn̄i habet꞉⁊ ſilr̄ il-
lud miſterium fidei. Dicit em̄ apl'us.1.coꝝ.10꞉ Ego
enī accepi a dn̄o qḋ ⁊ tradidi vobis. Ex aūt eccl'ia ab
apl'is traditū acceperit꞉ dic̄ Inno.iij.ſic꞉ Romana
eccl'ia iſtud integra ſemper fide ſeruauit꞉qḋ ab ipſis
apl'is q̄ eā p̄ſentialr̄ ſacris inſtituere doctrinis ⁊ ec-
cleſiaſtici ritꝰ regl'am docuerūt꞉accepit ab ipſis em̄
apl'is Petro ⁊ paulo q̄s ⁊ viuos doctores habuit ⁊
defunctos cuſtodes hūc ritū ſacrificij accepit꞉quem
hactenꝰ inuiolabili cultu ſeruauit. Et hoc eſt qḋ cō
munit dicitur a magiſtris ꝙ licet nō ſit ſcripta ſimr̄
hec forma꞉tn̄ intelligit a deo apl'is tradita. Et ꝑ hoc
p̄ꝫ ſolutio ad tria prima. Ad id qḋ obijcit de Hie Ad tertiū
ronymo dicēdum ꝙ ipſe nō intendit ꝙ oīa vera per
v̄ba ſint ſcripta in no.teſtamēto vl' ve.ſed ſicut dicit
Augꝰ꞉Omnis veritas ſacre ſcripture cōcordat que
ſacre ſcripture nō cōtradicit꞉iſtud aūt ſatis conſonū
eſt ſacre ſcripture ꝙ hoc frequētet eccl'ia꞉qḋ xp̄s tra
didit꞉⁊ trahit de illo v̄bo.1.coꝝ.11. Tradidi em̄ vo-
bis in p̄mo que etiā accepi ⁊c̄.vbi loq̄tur de ritu hu
ius ſacramēti. Et de illo꞉imitatores mei eſtote ſicut Ad queſtiū-
ego xp̄i. Ad aliud qḋ vlterius q̄ritur dōm ꝙ ca- culā primā
lix ponit ibi trāſſumptiue꞉⁊ transfert ad paſſionē ſi
cut dixit duobꝰ fratribꝰ filijs Zebedei poteſtis bibe
re calicē quē ego bibiturꝰ ſū ⁊ tm̄ valet calix ſāguis
q̄ꝫtū ſacr̄m paſſionis ſanguinis qḋ in vſu fideliū per
participationē calicis frequētat. Ad id aūt qḋ cō Ad primū
tra obijcit eſt dicēdū ꝙ dupliciť aliq̄ ſunt de eēntia꞉ argumētū.
ſ.vt īgredientia rei cōſtitutiōꝫ꞉ſic̄ corpꝰ ⁊ ſanguis xp̄i
ſunt de eſſentia rei q̄ eſt ſacramētū in eucbariſtia꞉q̄-
dā aūt ſunt illis eſſentialr̄ cōiūcta ita ꝙ ſine his nō
p̄t eſſe res꞉⁊ hoc mō calix eſt de eſſentia ex parte no-
ſtra꞉q꞉ ī memoriā fit paſſiōis cū ſumit hoc ſacramē
tū꞉1.Coꝝ.11. Quotienſcūqꝫ comeditis panē hunc ⁊
calicē dn̄i bibetis/mortē dn̄i annūciabitis donec ve
niat꞉⁊ iō calix in hoc ſenſu adiūgit forme ſacramēti
⁊ eſt de forma. Ad aliud dicēdū ꝙ ſollicitudo pre- Ad primū
cipua deuotiōis ⁊ fidei debet eē in hoc ſacro꞉⁊ iō mē incōueniēs
tio calicis fit꞉vt paſſio ad memoriā reuocet꞉⁊ ideo ſi
aliquis errat in ſignificato primo nō excuſat꞉ quia
ſollicitudo debet inducere collationē꞉⁊ iō neceſſaria
ad ſacr̄m ꝓpter alicuiꝰ negligētiā omittēda nō erāt.
Ad aliud dicēdū ꝙ licet ml'tiplicitas intellectuū Ad ſecūdū
ſit cauſa cuiuſdā diſcurſus rōis ab vno in aliud꞉tn̄ incōueniēs
ſollicitudo ⁊ deuotio que celebrātibꝰ indicitur꞉con-
tinet eū꞉⁊ ideo nō eſt ibi periculū꞉niſi quo ad culpa-
biliter negligētes꞉ſed ꝓpter hoc nihil debuit omitti
ſacramēto. Ad aliud dicendū qḋ iā dictū eſt ad q̄d Ad tertiū

tranſfertur ibi calix ad paſſionē: quia cōſuetus erat
dñs calicē vocare paſſionē ſuā Mat.26. Pater mi
ſi nō pōt hic calix tranſire niſi bibā illū/fiat volūtas
tua: ⁊ paſſio precipue eſt que recolitur in hoc ſacra-
Ad id qđ ē de corpe. mēto ſicut priꝰ dictū eſt. Ad id aūt qđ querit̄ qua-
re cū corpore nō ponitur ī canone cōmemoratio paſ-
ſionis: ſicut cū ſanguine cū in quibuſdā euāgeliſtis ad
iūgatur etiā corpori: hoc eſt corpꝰ meū qđ ꝓ vob tra-
detur: nō tñ dr̄: hic eſt calix corporis mei: dđm ꝙ in
rei veritate potus calicis mag̃ reſpōdet paſſiōi ſm̄
effuſionē ſanguis q̄ȝ ſm̄ vulnerationē corporis: ⁊ h̄
etiā patet ex vſu loquēdi ī ꝓphetꝫ. Uñ Iſa.51. vbi cō
ſolatur eccl'iam poſt tormēta martyrū dicit: Ecce tu
li de manu tua calicē ſoporis/fundā calicē indigna-
tionis mee: non adijciā vt bibas illū vltra: ⁊ ponam
illū in manu illoꝝ qui te humiliauerūt: ⁊ in multis
alijs locis. Et hoc ideo fit: qꝛ calix inebriat ꝑ potū: ⁊
ita facit paſſio per anguſtiā: ⁊ iđ cōuenientiꝰ adiūgit̄
Ad 2m calix potabili. ſ. ſanguini q̄ȝ eſibili qđ ē corpꝰ. Ad
aliud dicendū ꝙ calix trāſſūptiue refert̄ ad paſſionē
ſāguis ⁊ ſāguis relatꝰ ad paſſionē hꝫ aliquā diuerſi
tatē rōis ad ſanguinē miniſtratū in potū in ſacramē
Ad queſtiū culā ſcđam to: ⁊ illa importatur ꝑ obliquū. Ad id qđ vlteriꝰ
querit̄ de ſanguine dicēdū ꝙ ratio illa dicta eſt qua-
re ponit̄ in obliquo: licet eīm efficit̄ ſanguis vi ſacra-
mēti ⁊ non calix: tñ ad hoc ꝙ poſſet effici ī ſacramēto
ſanguis oportuit primo effundi in paſſiōe: ⁊ ideo in
rōne primi operantis nō ad ſanguinē in ſacramento ſꝫ
ad celebrationē ſacramēti ſm̄ ſe melius dr̄ calix ſan
Ad 2m guinis q̄ȝ ſanguis calicis. Ad aliud qđ obijcit̄ de
magiſtro in lr̄a dicēdū ꝙ magr̄ in pluribꝫ ſacramen
tis nō expſſe determinat formā: ſicut nō facit in con
firmatiōe ⁊ in pnīa ⁊ in extrema vnctōe ⁊ in ordine.
et ita nec facit hic: qꝛ magiſtri intētio eſt tradere no-
ticiā eoꝝ in quibꝫ cōſiſtit ſacr̄m materialr̄: ⁊ ideo di
cit ꝙ forma eſt de ſanguīe: poſtq̄ȝ determinet formā
qꝛ formā ſupponit mgr̄ eſſe notam ex frequētatione
Ad 3m eccl'ie. Ad id aūt qđ cōtra obijcitur per euangeli-
ſtā dicēdū ꝙ euangeliſte nō intenderūt tradere for-
mā ſacramēti ſcribēdo euangeliū: ſꝫ ſimplicē noticiā
tradere hyſtorie: quo ad vera ibi dicta ⁊ res geſtas:
Ad 4m. ⁊ iđ nō eſt efficax ꝓbatio illa. Ad aliđ dđm ꝙ trāſi
tio obliq̄ nō īportat h̄ diuerſitatē ſanguis ⁊ rei ſacr̄i
ſed potiꝰ diuerſam rōnē ſanguis: ꝓut refert̄ ad paſ-
ſionē q̄ cōtulit paſſibilitatē celebrationis ſacramēti
⁊ ſanguis ꝓut eſt in ſanguine miniſtratū ad vſum fi
deliū vt priꝰ dictū eſt: ⁊ qꝛ vtriuſqꝫ debuit fieri mē-
tio in forma meliꝰ fuit ponere obliquū q̄ȝ rectū: ī cor
Ad queſtiū pore aūt non eſt ſil'is ratio vt dictum eſt. Ad id qđ
culā tertiā vlteriꝰ querit̄ de hoc qđ dr̄ no. ⁊ eterni teſtamēti di
⁊ ad primū cendū ꝙ nouū dr̄ qđ ad vſum rei ſacramētalis ſub ta
Ad primū. libꝫ ſpēbꝫ eſt. Ad id aūt qđ obijcit̄ de rōne eius qđ
eſt nouū dicēdum ꝙ filius dei eternus eſt: ſed filius
dei nō eſt in calice ex vi ſacramēti: ſed ex cōnexiōe cor
poris ⁊ aīe cū deitate ⁊ ſanguīe: ⁊ ideo adhuc aliq̄d
remanet ꝙ vſus ſanguinis ſit ſub ſacramēto nouꝰ.
Ad 2m. Ad aliud dicendū ꝙ iā patet ad quid refert̄ noui-
tas: ritꝰ aūt tm̄ ī ſpēbꝫ ſine re ꝑceſſit ī oblatōe melchi
ſedech: ⁊ quo ad hoc dicit Amb antiquiora eſſe ſacra-
Ad 3m. mēta noſtra q̄ȝ iudeoꝝ. Ad aliud dđm ꝙ oppoſita
nihil ꝓhibet eſſe circa idē vel poni dūmō nō ponunt̄
circa idē ſm̄ idē: qđ eīm dr̄ nouū dicit q̄ ad vſū rei ſub
ſacramēto: qđ dicit̄ eternū dicit q̄ ad perſonā: vt qui
dam dicūt: aut quo ad predeſtinationē tante gratie

quā eccleſie ab eterno debuit deus: ⁊ hoc probabili-
us eſt. Aut quo ad vtrūqꝫ: ⁊ tūc nulla reſtat obiectio
quā eccl'ie ab eterno debuit deꝰ: ⁊ hoc probabilius
eſt: aut q̄ ad vtrūqꝫ: ⁊ tūc nulla reſtat obiectio. Ad Ad queſtiū
id qđ vlteriꝰ querit̄ quare ponitur miſteriū fidei di- culā q̄rtā ⁊
cendū ꝙ licet in oībus ſacramētis ſit aliq̄d fidei: ta- ad obiecta.
men in iſto ꝑ modū cōuerſionis ⁊ ſumptōis ⁊ accidē
tia que manēt ſine ſubiecto aliquo totū eſt fidei: quia
nihil in eo poteſt ratio. Ex autē baptiſmꝰ eſt fidei nō
eſt ideo ꝙ plus ſit ibi agēs fides ⁊ minꝰ ratio: ſed qꝛ
cōfert primū ſtatū fidelitatis. Unde ſicut fides quo
dāmodo eſt ianua virtutū: ita baptiſmꝰ eſt ianua ſa-
cramētoꝝ. Iſtud autē ſacramētū ab alio dicitur mi
ſteriū fidei ⁊ ab alio ſacramentū charitatis: miſteriū
fidei eo dicitur ꝙ totū eſt fidei vt dictū eſt: ſꝫ charita
tis ꝓpter ſimilitudinē effectus: ⁊ ſignū maxime cha-
ritatis qua ſe dedit nobis. Dico autē ſimilitudinē ef
fectus: qꝛ ſicut charitas vnit membra ita illud ſacra
mentū cōuertit ⁊ vnit membra capiti. Et per hoc pa
tet ſolutio ad omnia que queſita ſunt circa iſtā partē Ad queſtiū
Ad id qđ vlteriꝰ querit̄ đ hoc qđ dicit̄ qđ ꝓ vobis culā q̄ntā
⁊ ꝓ ⁊c. dicendū ꝙ licet vna ſit ratio effuſiōis ⁊ ſum-
ptionis in oībus: tamē effuſio in qua ſanguis ſepa-
tus eſt a corpore/operata eſt ad ſacramēti celebratio
nē: ſacramētū eīm nō facit niſi ſanguinē: ſed qꝛ ꝙ ita
ſeperatū efficere poſſit id qđ nō eſt ſeperatū: hoc fa-
cit effuſio: ⁊ ideo mentionē effuſionis oportuit eē in
forma ſanguinis. Ad aliud dicēdū ꝙ ſacerdos in Ad queſtiū
loco illo cōmemorat̄ vt offerens: ⁊ ideo repreſentat culā ſextā
duplicē perſonā: ſcꝫ chriſti offerētis: ⁊ quo ad hoc nō ⁊ ad primū
indiget oblatiōe pro ſe: ⁊ repſentat perſonā propriā:
ſic indiget vt pro ſua populiqꝫ indigētia offerat: qꝛ ſi
cut dicit apl'us quia ⁊ ipſe circūdatus eſt infirmita-
te: ⁊ ideo vt notet̄ illa indigētia voluit dñs indigen-
tiā apoſtoloꝝ ī forma exprimi qui primi ſacerdotes
erant: ⁊ ritum ſacramēti alijs tradiderūt. Ad ali- ad 2m
ud dicendum ꝙ licet ſufficienter valeat omnibus nō
tamē efficienter: ⁊ ideo non dixit pro omnibꝫ ſed pro
multis. Ad aliud dicendū ꝙ iſtud ſacramentū nō Ad 3m
operatur ſalutem ſine alio cooperāte: ⁊ hoc eſt fides ⁊
deuotio que nobis effectū ꝯiungit: ⁊ quia cooperans
deficit in quibuſdā: ideo ad omnes nō potuit determi
nari: ſed ſm̄ maximū ſuū effectū eſt pro multis effun
di. Ad aliud dicendū ꝙ quidā antiquorū dixerūt Ad 4m
ꝓpter illā obiectionē ꝙ non eſſet de eſſentia forme: ſꝫ
tamē peccaret qui omitteret. Sed alij quidā moder
norū ꝓbabiliter vidētur ſentire ꝙ ſit de forma ſicut
finis: ⁊ rō coiuncta forme facit ꝑfectionē rei. Ad Ad. q. ſepti
id qđ vlterius vltimo querit̄ dicendū ꝙ meo iudicio mā ⁊ ad ob
etiā illud eſt de forma ī remiſſionē peccatoꝝ. Et hec iecta.
vtilitas ſanguis ſpāliter cōmemorat̄ in pſ.29. vbi
dicit̄: q̄ vtilitas ī ſanguīe meo dū deſcēdero in corru
ptionē. Et hoc ideo eſt: qꝛ ſicut aīa videtur eē preciū
redēptionis oblata patri: ita tota paſſio eſt in extor-
ſione violenta ſanguis: paſſio autē ſatiſfecit ꝓ nobis
⁊ ideo paſſio precipue ī ſanguinis effuſiōe in quo eſt
vita corꝑis ſm̄ naturā ſignificat̄ ⁊ ideo remiſſio pctōꝝ
magis retorquet̄ ad ſanguinē q̄ȝ ad corporis paſſio
nē. Ad vltimū patet ſolutio per idē.

## An forma que dicitur ſuꝑ panē expectat formā que dicitur ſuper vinū. Arti. VIII. D

S Ecūdo querit̄ de operatione forme ſanguis
ad formā que dicit̄ ſupra panē ⁊ hoc propter

antiquos qui dixerūt ꝙ iſte forme ſe expectāt ī opan
Arguit̄ p° do. Obijcit̄ aūt ſic: iſtud ſacramētū eſt ſacramētū
ſūme ⁊ ſimplicis veritatis: ergo nihil debet oñdi in
ſacramēto qđ nō aliquo mō ſit in re ſacramēti: cum
aūt dicitur ſuper panē: hoc eſt corpꝰ meū: oñdit̄ ibi
eſſe corpus ſine ſanguine: eo ꝙ ex vi ſacramēti nō eſt
ibi niſi corpus: cū igit̄ corpus nō ſit ſine ſanguīe fal
ſum oſtēditur ibi in ſacramēto veritatis: niſi effica-
tia verborū corporis expectet efficatiā verboꝝ ſan-
2° guinis: ergo ſeinuicē iſte due forme in opando expe
ctant. Itē ſicut ſe habet res ad rē in ſacramēto ita
habere ſe debet forma ad formā: ſed res corporis ſi-
mul eſt cū re ſanguis: ⁊ ecōuerſo: ergo forma corpo-
res ſimul opatur cū forma ſanguis ⁊ ecōuerſo: ergo
3° ſeinuicē in opando expectāt: qꝛ ꝯſtat ꝙ nō ſimul ſūt
in prolatiōe. Itē ſi forma corporis opatur ſine for
ma ſanguinis/ aut opatur corpꝰ ex ſanguīe/ aut cū
ſanguine: ſi ex ſanguine/ vel ergo opatur rē imperfe
ctā/ ⁊ opatur corpus chriſti quale nō eſt: qꝛ cōſtat ꝙ
eſt cū ſanguīe. Si aūt opatur corpꝰ chriſti cū ſangui-
ne: ergo ex vi ſacramēti eſt ibi ſanguis: ergo ſupfluit
forma poſtea dicta ſupra ſanguinē: qđ eſt iteꝝ incō-
4° ueniēs: qꝛ ſi natura nō abūdat in ſuperfluis nec de-
ficit in neceſſarijs: multo minꝰ facit hoc gr̄a. Item
infra hac eadē diſtinctiōe oñdet̄ ꝙ ſacramentū iſtud
vnū eſt: vnius aūt vnicū eſt eſſe: ergo ⁊ vnica forma
ſacramētalis: qꝛ forma dat eē: ergo vnica forma opa
tur ſuper panē ⁊ ſuper calicē: vniꝰ aūt forme actꝰ in-
diuiſus eſt: ergo nō opatur diuiſim ſuper panē ⁊ ſup
calicē: ergo ſimul: nō ergo opꝰ vnius p̄cedit opꝰ al-
In ꝯriū p° terius. Sed cū dicit̄: hoc eſt corpus meū: aut cor
pus eſt ibi ex vi oratiōis factū ⁊ demonſtratū vt ſu
pra dictū eſt aut nō. Si nō ergo locutio eſt falſa: nō
eīn dicit̄: hoc erit corpꝰ meū: ſed hoc eſt. Si ſic ḡ effi-
2° catia huiꝰ orōnis nō expectat aliā orationē in efficiē
do. Itē ſm totū vſum eccleſie ⁊ vtilitatē eleuatur
corpus poſtq̄ȝ dicta ſunt iſta verba: hoc ē corpꝰ meū
⁊ tūc adorat̄ a fidelibꝫ: aut ergo ē ibi aut nō. Si ſic
habeo ꝓpoſitū: quia adhuc nō eſt dicta forma ſup ca-
licē. Si nō ergo miniſtri eccleſie faciūt adorari ido-
3° latra id qđ nō ē deꝰ: ⁊ ſic cogūt ppl'm idolatrare qđ
abſurdū eſt dicere de eccleſia. Itē que eſſet cā hu-
ius dependētie ꝙ vna dependeret ab alia: nō eīn di
uiſio chriſti: qꝛ chriſtꝰ ſemꝑ eſt ꝑfectꝰ nec depēdētia
ſignati: qꝛ vniꝰ orōnis ſignificatio abſoluta eſt: ſicut
⁊ alteriꝰ: nec inſtitutio: qꝛ chriſtꝰ ſicut diuiſim corpꝰ
⁊ ſanguinē ſuū dedit apl'is: ita diuiſim īſtituit: ergo
nulla pōt eſſe cauſa dependētie: ergo patet ꝙ vna nō
Solō. expectat aliā. Solutio dōm iſte orōnes diuiſim
explent ſuos effectꝰ: ⁊ vna nō expectat aliā. Ad p̄
mū ergo dicendū ꝙ vt ſupra dictuȝ eſt oratio iſta: h̄
eſt corpꝰ meū eſt in triplici vi: vnā enī habet ab inſti-
tutione ⁊ aliā ſm hoc ꝙ ꝓfertur in ꝑſona verbi eter
ni qđ in ea opatur: ⁊ tertiā quā habet ſm qđ eſt ī ea
veritas ſigni: ⁊ quo ad duas primas verū eſt ꝙ non
extēdat ſe opando niſi ſuꝑ corpꝰ: ⁊ nō ſuper ſangui-
nē. Tertia aūt extendit ſe ad ſignificādū corpꝰ perfe
Ad 2m ctū/ nō ex vi ſacramēti: ſȝ ſub ſacramēto cōtentū: ⁊ iō
oſtendit veritatē ⁊ corpꝰ ſicut eſt. Ad aliud dicen-
dū ꝙ hec eſt falſa ꝙ ſicut ſe habet res ad rē/ ita forma
ad formā: licet eīn forma ī ſacramēto ſit effectiua rei
nō oportet tñ formā dependere a forma. Et ita dicūt
aliq̄: meliꝰ tñ pōt cōcedi ꝓportio p̄miſſa in argumē-
to: ⁊ poteſt dici ꝙ aliud eſt ſanguinē eſſe ſimplicit̄: ⁊
aliud ſanguinē eſſe ex vi ſacramenti ſub ſacr̄o. Sic
aūt pōt eſſe abſq̄ȝ eo qđ eſt corpꝰ ex vi ſacramēti eſſe
ſub ſacramēto: ⁊ licet ſanguinē ſimplicit̄ eſſe ſine cor
pore ſit impoſſibile: tñ ſanguinē ex vi ſacramēti eſſe
ſub ſacramēto poteſt eſſe abſq̄ȝ eo ꝙ eſſet corpus ex vi
ſacr̄i ſub ſacr̄o: ⁊ hoc modo ꝓprie accipit̄ res ſacr̄i vt
ſacramēti: ⁊ ſic patet ꝙ ſicut res nō depēdet a re: ita
nec forma a forma. Ad aliud dicendū ꝙ ſacramē- Ad 3m
taliter opatur corpꝰ ꝑfectū cū ſanguine vt dictū eſt:
ſed ille ſanguis in illo vſu fideliū qui eſt potus redē-
ptionis: nō opatur forma dicta ſuꝑ panē: ſed dicta
ſuꝑ calicē: ⁊ ideo nō valet illa obiectio: qꝛ licet ꝑfectū
corpꝰ ſit ſub ſpecie panis: tamē nō eſt ſm ꝙ congruit
vtriq̄ȝ vſui fideliū. ſ. cibi ⁊ potꝰ. Et ideo cōiter dicit̄
a doctoribꝫ ꝙ ſanguis eſt ibi nō ex vi ſacramēti: ſȝ ex
cōnexione naturali ſanguīs ⁊ corporis: qꝛ corpꝰ ꝑ-
fectū ⁊ viuū ſanguinē habet ī corpore/ epate ⁊ venis
⁊ alijs partibꝫ corporis que debent̄ infundi ſangui-
ne. Inſtātia aūt ad argumētum eſt de aīa: qꝛ aut Inſtantia ad argumētū.
opatur corpꝰ ⁊ anima: aut nō. Si nō ergo imꝑfectū
⁊ ſic nō eſt. Si ſic: ergo panis ꝯuertit̄ ī animam qđ
eſt īpoſſibile: ⁊ de diuinitate eſt eadē obiectio. Ad Ad 4m
aliud dicendū ꝙ iſtud ſacramētū nō eſt vnū ab vni-
tate ſpecieꝝ vel forme verboꝝ: ſed potiꝰ ab vnitate
eius qđ eſt ibi res ⁊ ſacr̄m: ⁊ ab vnitate eiꝰ qđ eſt ibi
res tm̄: vt infra ꝓbabit̄. Et iō ad argumentū dicen-
ad ſuā ſpēm ⁊ ſapoꝛē:ſed vinū humidū eſt habens ca
loꝛē acutū diuidentē/⁊ ex vtraqꝫ parte aliq̄d facile ꝑ
miſcet̄ ſibi ad ſuā ſpēm ⁊ ſapoꝛē:⁊ ideo cōuenientius
eſt vt fiat admixtio in vino q̄ꝫ in pane. Alia cauſa 2a cauſa.
eſt:quia coꝛpus xp̄i in pꝛima oblatōe cū pependit in
cruce nō fuit adiunctū alicui alij:ſed ſanguis pꝛoflu
xit a latere cū aqua:⁊ ideo cōgrue illi aqua adiungit̄
Tertia cauſa eſt:qꝛ ſanguis ſignificat redemptio 3a cauſa
nē:vt ſupꝛa habitū eſt q̄ tota ſuſcepta eſt pꝛopter po-
pulū:ſed nō ſic eſt de coꝛpoꝛe:⁊ ideo cōueniētius fit
permixtio aque ſignificātis populū cū vino q̄ꝫ cū pa
ne. Ad aliud dicendū ꝙ coꝛpus ex parte ſue cōpo- Ad.4m.
ſitionis eſt ex etherogeneis diſſimilibꝰ:ſed ſanguis
omogeneus eſt ⁊ ſimilis in omnibus partibus:⁊ iō
magis habet in ſe vnde ſignificet diuerſitatē mēbꝛo
rum coꝛꝑis q̄ꝫ ſanguis:⁊ ideo addit̄ elementū diuer
ſum vino:nec hoc ſufficit ꝙ fluit ex diuerſis vnis:qꝛ
fluēs eſt vnius nature/⁊ diuerſitas vuaꝝ nō rema-
net in vino:ſicut manet diuerſitas membꝛoꝝ in coꝛ
poꝛe. Ad aliō patet ſolutio per antedicta Ad id qđ Ad 5m.
vlterius queritur dđm ꝙ mīma quātitas ſenſibilis Ad q̄ſtiūculā pꝛimā.
ſufficit:vt dictū eſt:ſꝫ magna ē in periculo:quia ſi ꝑ
admixtionē aque vinū coꝛrumpitur a ſpecie ſua non
erit ꝯſecratū:⁊ hoc nō eſt de facile ſapoꝛabile:qꝛ etiā
aqua ī vaſe ſuper vinum poſita:ita ꝙ os vaſis aque
ſit verſum ſuper os inferioꝛis vaſis:⁊ in vino cōtra
hit vini ſapoꝛē ⁊ coloꝛem:⁊ tamē māet aqua:ſicut fit
cū aqua in vaſe ſtricti oꝛis ⁊ longi ponit̄ ī ſitula ple-
na vini:⁊ ideo nō cōſentio illis qui dicūt ꝙ poteſt po
ni medietas vel tertia vel quarta:ſꝫ videtur mihi po
nēda in parua valde quātitate:p̄cipue ſi vinum eſt
valde debile Ad id aūt qđ cōtra obijcitur ꝙ ſapoꝛ Ad pꝛimū.
nō plene indicat ſpeciē nec virtutē vini ī mixto:quia
nō eſt vinū nec eſt aqua:ſꝫ mediū inter vtrūqꝫ. Ad Ad 2m
aliud dđm ꝙ coloꝛ adhuc minus indicat:quia cū aq̄
aliquē coloꝛē actu non habeat de facili recipit omnē
coloꝛē ex modico valde immutātē:pꝛecipue cū etiam
ſine vini admixtione recipit coloꝛē vini ⁊ ſapoꝛē/mo-
do ſupꝛa dicto ſi vas aque operti ⁊ ſtricti oꝛis in ſitu
la vel in dolio vini immittat̄. Ad id qđ vlterius q̄ Ad queſtiūculā ſcđam cū obiectis
ritur de ſpeciebus aque affundende dđm ꝙ viua aq̄
dicit̄ que facit aque operationē ⁊ actū:ſicut illa que
eſt in impetu purificādi ⁊ refrigerādi. Un̄ ſpecies aq̄
de quibus dictū eſt coꝛrupte ſunt ad aliā ſpeciē ex q̄
nō faciūt operationē:licet in eis abundet elemētū aq̄

⁊ huius ratio etiam dicta eſt in queſtiōe de materia
Ad q̄ſtiūcu- baptiſmi  Ad id autē qđ poſtea queritur quantum
lā ſcđam peccet qui omittit apponere aquā dicendū ꝙ ſine aq̄
bene fit cōſecratio: eo ꝙ aqua nec ſit materia ſacramē
ti nec pars materie: vt dictū eſt: ⁊ ideo dicendum eſt
de cauſa omiſſionis: illa eīm poteſt eſſe hereſis aut cō
temptus aut negligentia: ⁊ primis duobus modis
eſt peccatū mortale cōtra ritū ſacramēti ordinatum
ad hereſim vel ſciſſurā. Tertio modo diſtinguendū
mihi videtur in cauſa negligentie: ſcꝫ ꝙ hec vel eſt de
tētio vel occupatio circa vana vel circa illicita: ſi pri-
mo modo nō peccat mortaliter: ſed corripiendus eſt
grauiter: ne circa hoc decetero negligens inueniat̄.
Si ſecundo modo aut hoc eſt ex cura vanoꝝ ⁊ tēpo-
ralium que pertractat / aut ex inopinata ſurreptiōe.
⁊ primo quidē modo grauiter peccat: ⁊ ſi mihi cōtin-
geret facerem emendam tanq̄ꝫ pro peccato mortali.
Secundo aūt modo orandū eſt pro ip̄o: quia nō pec
cauit mortaliter: ſed indiget adiutorio cōtra tempta
torē. Tertio aūt modo quando ſcilicet fit ex occupa-
Ad primū tione circa illicita nō eſt dubiū quin peccet mortali-
et 2m ter  Ad id aūt qđ videtur probare ꝙ ſemper peccet
mortaliter dicendū ꝙ appoſitio aque nō eſt de prin-
Ad 3m cipalibus ſacramēti: ſed de adiunctis ad ampliorem
ſignificationē.  Ad aliud dicendū ꝙ nō celebrat ali
ter q̄ꝫ inſtitutū ē: quia nec formā mutat nec materiā
licet aliquid omittat de nō p̄ncipali. Et per hoc pa-
tet ſolutio ad omnia obiecta.

Arti. X.

## An ſpecies ſacramentales alijs liquoribus admixte corrūpant̄ an maneant ſalue.

Q Uinto queritur queſtio difficilima harū ſp-
ecierū quando alijs liquoribus admiſcetur.
Arg. p̄mo. Uidetur eīm ꝙ nunq̄ꝫ corrumpātur per ad-
mixtionē aliquā: corpus eīm glorioſum diuinū nō eſt
admiſcibile corpori nō glorioſo: poſt cōſecrationē au
tem eſt corpus glorioſum ⁊ diuinū: ergo nō admiſce
Solō. tur alicui.  Si forte tu dicas ꝙ ſpecies admiſcent̄
Obiectio. ⁊ corrumpunt̄ / ⁊ corpus euolat in celū: hoc videtur
non eſſe intelligibile: quia habet philoſophus primo
de generatione vbi diſtinguit que miſcibilia ſunt ⁊ q̄
nō ꝙ accidentia nec ſibi nec alijs ſunt miſcibilia: con
ſtat autē ꝙ nō remanēt ibi niſi pura accidentia: ergo
2o nō admiſcentur alijs corporibus vel accidentibus.
Item generatio ⁊ corruptio fiunt duobꝰ modis:
ſcꝫ ſimpliciter / ⁊ quo ſumūt̄ ſm qđ: ꝯſtat aūt ꝙ vtra
q̄ꝫ eſt ſubſtantie: vna quo ad acceptionē vel amiſſio-
nem forme ſubſtātialis: alia ſm acceptionē vel amiſ-
ſionē forme accidentalis: ergo neutra erit accidētis
3o ſm ſe: ergo videtur ꝙ cū hec ſint accidentia ſm ſe nū
q̄ꝫ reſoluant̄ in aliquid aliđ.  Item vnūquodq̄ꝫ qđ
corrumpitur ſm ſuū eſſe corrūpit̄: ſed accidentis eſſe
eſt ineſſe: vt dicit phs: ḡ nō corrūpunt̄ niſi ſm ineſſe /
⁊ ſic n̄ corrūpūt̄ h̄ / ⁊ nō poſſūt alio mō corrūpi: ḡ ſim
4o pliciter nō corrūpunt̄: ſꝫ manēt incorruptibila: ⁊ ſic
ſpecies panis ⁊ vini ſemper manēt.  Itē Ariſtote.
circa finē primi phiſicoꝝ dicit ꝙ cōtraria nec patiun
tur nec agunt adinuicē ſine materia ſubiecta: ſed que
nō agunt nec patiunt̄ adinuicē nunq̄ꝫ ſe corrumpūt
ergo accidentia hoc modo accepta nec ſe corrumpūt
adinuicē nec corrumpunt̄ ab alijs: ſed hoc modo ac-
cipiunt̄ in ſacramento poſt conſecrationē factā: ergo
5o nec a ſeip̄o nec ab alijs vnq̄ꝫ corrūpunt̄  P̄ putrefa
ctio q̄ eſt in hoſtia diu reſeruata poſt cōſecrationē cō
ſtat ꝙ nō p̄mo refert̄ ad corpus diuinū glorioſum: ḡ
neceſſe eſt ꝙ referat̄ ad aliq̄đ primo corruptū: cōſtat Obiectio.
aūt ꝙ hoc nō eſt accidēs: q̄ hoc ſm eſſe dependet ad
aliud primū: ſi nō eſt ibi aliq̄đ pro ſubſtātia: ḡ putre-
factio q̄ ibi apparet ad nullū primo putrefactibile p̄t
reduci qđ nō capit intellectꝰ hoīs  Si forte tu ve- Una opi-
lis dicere ſm ꝙ q̄dā ſcripſerūt ⁊ dixerūt ꝙ poſt conſe nio.
crationē peracto officio ſacri redit ſubſtātia prima. ſ.
ſub ſpē panis ⁊ vini / ⁊ per illā ſbam ꝑmiſcet̄ alijs cor
poribꝫ ⁊ putrefacit ⁊ corrumpit̄: cōtra ille reditꝰ aut Arg. in cō-
eſt: q̄ ſubſtātia ſub accidētibꝫ ſit reſeruata: aut quia trariū p̄mo
creat̄ de nouo ſub accidentibꝫ. Si primo mō hoc nō
eſſe pōt: q̄ ſicut ſupra habitū eſt: illa cōuertitur ī cor
pus xp̄i / ⁊ poſtea nō dimittit̄ ei aliquid. Si ſcđo mō
hoc iteꝝ falſum eſt: q̄ q̄ꝫdiu diſcerni poſſunt ſpecies
manētes tādiu iudicat̄ eſſe corpus xp̄i: ḡ ſub illis ac-
cidentibꝫ nunq̄ꝫ cauſat̄ alia ſubſtātia.  P̄ cū incipit 2o
putrefieri cōſtat ꝙ adhuc manēt ſpēs: ḡ corpus chri
ſti eſt adhuc ſub illis ⁊ nō alia ſubſtātia.  P̄ nō dice 3o
ret̄ hic vere eſſe corpus xp̄i ſi accn̄tia illa ducerēt in
aliā ſpēm q̄ꝫ in corpus xp̄i cū veꝝ eſt dicere hoc eē cor
pus xp̄i accn̄tibꝫ manentibꝫ cōſtat ꝙ ſub illis accidē
tibꝫ nunq̄ꝫ alia ſba q̄ꝫ corpus xp̄i erit: ⁊ ita videt̄ ni-
hil eſſe dictū ꝙ redeat alia ſubſtātia: ⁊ iō fuerūnt alij
dicētes ꝙ accn̄tia illa in ꝑmixtione ⁊ corruptiōe cō-
uertunt̄ in ſubſtātiā / ⁊ vt ſubſtātie corrumpunt̄ ⁊ ꝑ- Arg. primo
miſcent̄.  Sed ꝙ hoc nihil ſit defacili probatur ſic
accn̄tia illa nec ſunt vnius generis nec vniꝰ ſenſus
ſed quoddā eſt q̄ntitas quoddā qualitas / ⁊ quoddā
eſt guſtus ⁊ quoddā viſus: ḡ ſi cōuertunt̄ in ſubſtan
tiā nō cōuertunt̄ in ſubſtantiā vniꝰ generis ⁊ vniꝰ
ſenſus: ſed tranſeūt in diuerſas ſubſtātias etiā gene
re ⁊ ſenſu / ⁊ hoc nihil eſt dictū.  Si aūt dicat̄ ꝙ trā Solō.
ſeunt in ſubſtātiā eiuſdē gener̄ tūc querit̄ q̄ ſit huiuſ Obiectio.
modi cōuerſio qua diuerſa genera trāſeūt in vnū ge-
nere ⁊ numero.  Itē cū plura ſint accn̄tia videt̄ ꝙ 2o
plures ſint ſubſtātie cōſtitute ex illis: ⁊ hoc nō eſt ve
rū.  Itē phs dicit ꝙ ex accn̄te nō fit ſba: ḡ accn̄tia il
la nō cōuertunt̄ in ſbam: iō iteꝝ fuerūt alij q̄ dixerūt
ꝙ ſolū vnū illoꝝ accn̄tiū cōuerteret̄ in ſbam. ſ. quāti
tas ⁊ alia afficerēt illā ſbam: ſicut priꝰ fecerūt ſbam
panis ⁊ vini.  Sed hoc ridiculū eſt: q̄ ex quātita- Arg. in cō-
te nō fit ſba: vt dicit phs  P̄ cū illa ſba ſit quāta vn̄ trariū
venit quātitas illa: ſi ita tota trāſſubſtātiata ē in ſub
iectū: oportet eīm ꝙ ex ſola quantitate fiat q̄ꝫtitas ⁊
ſba: ⁊ hoc nō eſt veꝝ: ḡ patet ꝙ illud nihil eſt dictū ⁊
nō intelligibile.  Solō dōm mihi videt̄ ſine p̄iudi Solō
cio alioꝝ ꝙ accn̄tia ꝑ ſe miſcent̄ ⁊ corrūpūt̄: vel ī trā
ſitu ad aliud ſubiectū: vel in corruptione in non eſſe.
Ad hoc aūt intelligendū vident̄ mihi duo cōſide-
rāda: vnū ē ꝙ nos iō dicimꝰ formā ſubſtātialē ⁊ acci Notandū
dentalē vnā numero nō poſſe eſſe in duobꝫ ſubiectis vnū ꝯſidera
ſucceſſiue: q̄ ip̄a nō eſt ſm ſe: ſꝫ ſꝑ hēt eſſe in ſubiecto bile.
⁊ qn̄ nō eſt in illo tūc ſimpliciter nō eſt: q̄ ſi ip̄a extra
ſubiectū eſſet ⁊ nō in ſubiecto nos diceremꝰ ꝙ ſicut
vnū ⁊ idē mobile transfert̄ de loco ad locū: ita vna ⁊
eadē forma trāſferret̄ de ſubiecto ad ſubiectū. Aliud
eſt ꝙ iō accn̄s apud naturā nec agit nec patit̄ ab alio
ſine ſubiecto: q̄ nō eſt ſine ſubiecto: ⁊ iō ſubiectū nō
cōfert ip̄i virtutē agēdi vel patiēdi: ſed potiꝰ ſuſtinet
ip̄m tm̄: ⁊ iō ſubiectū neutri eſt ꝯriū: ſꝫ ſi eſſet ſm ſe ſi
ne ſubiecto abſq̄ꝫ dubio ꝓpria ꝟtute ageret ⁊ pateret̄
cū igit̄ ſm opinionē celebriorē ⁊ maḡ catholicā for-
me ille maneāt ſine ſubiecto: dico ꝙ ꝑ ſe pn̄t agere ⁊

patiadmixtiōnē ⁊ putrefactionē: ⁊ ꝑ ſe in aliō ſubie⸗
ctū trāſferri: ſed ex illo in ꝙ trāſferunť nō pñt trāſfer
ri in tertiū: qꝛ ꝙ abſq; ſubiecto eſſe potuerūt: habue⸗
rūt ex h ꝙ fuerūt in myſterio ſacri ꝑ modū ſignatiuū
⁊ hoc mō nō ſunt in tertio vel q̄rto vel deinceps ſub⸗
iecto in qð trāſferunť a ſcðo: huius aūt rō infra ſup
vltimū capitulū hui⁹ diſtinctiōis explicabiť: his ha
Ad primū. bitis facile eſt rñdere obiect[ . Dðm ĝ ad pmū ꝙ cor
pus g'ioſum diuinū nec miſceť nec corrūpiť: ſʒ ſpēs
in ſe manētes ex mixtiōe vel corruptōe in aliō trāſe⸗
Ad obiectō nem. unt: ⁊ tūc nō eſt ibi corp⁹ xp̄i. Ad aliō dðm ꝙ phs
nō cōſiderat niſi accñtia quoꝝ eſſe eſt ineſſe: ⁊ nō illa
ꝙ ſunt ſm eſſe potētia diuina ad myſteriū ſacri Ad
Ad 2m aliō dðm ꝙ generatio phica ſiue ſit ſimpliciť ſiue ſm
q̇d ſꝑ eſt ſbe: vt dictū eſt: hic autē eſt alia mutatio eo
ꝙ accñs h manet ſine ſubiecto ptāte diuina ad vſum
Ad 3m ſacri fidei ⁊ eccl'ie Ad aliō dðm ꝙ h intelligiť de ac
cidēte qð totū depēdet ſm eſſe ad ſubiectū in ꝙ eſt: ta
lia aūt accñtia nō ſunt hic: ſed poti⁹ ex ptāte diuina
ſuſtētata ſr̄ ſine ſba: iō vt cōpleať ſignificatō ſacri fi⸗
Ad 4m dei ⁊ eccl'ie. Ad aliō patet ſol'o ꝑ añdicta: qꝛ h nō ē
ideo vt materia cōis det eis ꝟtutē q̄ agāt adinuicē ⁊
patianť: ſʒ potius qꝛ nō agāt niſi ſint: ⁊ nō ſunt niſi
qꝛ ſunt in materia vtriuſq; in cōi in potētia: vñ ſi ſi⸗
Ad 5m ne materia eſſet calidū ⁊ frigidū tūc ſine materia re⸗
pugnarēt adinuicē ⁊ alteꝝ corrūperet reliquū Ad
aliud dðm ꝙ ſine p̄iudicio loq̄ndo putrefactio eſt in
quātitate hoſtie p̄mo: qꝛ hec eſt ante ſaporē ⁊ colorē:
vt infra ꝓbabiť: ⁊ eſt in ea alio corrūpēte. ſ. q̄litatib;
aeris actiuis vel alteri⁹ corpis: vel ex eo ꝙ ille quali
Ad obiectō nem tates ꝙ ſunt in hoſtia act⁹ ꝯtrarios hñt ⁊ reſoluunt
eū. Ad obiectū aūt dðm ꝙ in phica putrefactione
Obiectio tenet hoc: qꝛ in illis accñs dependet a ſubiecto ⁊ non
Sol'o. hic. Si aūt obijciať ꝙ illa putrefactio ſit phica: di
Obiectio. co ꝙ ip̄a quidē phica eſt: ſed nō eſt phice exñtis: ſʒ po
tius virtute diuina. Sed adhuc tūc obijciť ꝙ vir
Sol'o. tus diuina cōſeruās eſt potētior oī corrumpēte: ⁊ ſic
nō deberēt ſpēs ille corrūpi. Ad hoc dðm videť ꝙ
virt⁹ diuina nō cōſeruat ⁊ cōtinet niſi ad actū ſacri:
Ad opiniones. ⁊ iō cōſeruatio eius nō impedit corruptionē eaꝝ ſm
eſſe naturale qð hñt in ſe. Ad id aūt qð obijciť con
tra opiniōes inductas videť eſſe cōcedendū: ſed tñ in
reb; difficilib; nulli p̄iudicandū eſſe videť niſi ſoli er⸗
rori vbi ille apert⁹ cognoſciť: qꝛ q̄dā ſubſunt fidei q̄
rōe penetrari nō pñt: ⁊ de⁹ p̄t facere pluſq; poſſum⁹
intelligere: qꝛ nō erit impoſſibile apð deū oē verbū.

Arti. XI. An aq̄ ⁊ vinū q̄ miſcenť i calice pñt ſepari

Ł Einde queriť de hoc qð dicit ibi: [Que copu
d latio ſit aque ⁊ vini: ſicut miſceť in calice xp̄i
Arg. p̄mo. vt mixtio illa nō poſſit ſeparari ⁊c̄. ſ̄. a. Hoc
ei falſū videť: qꝛ dicit phs ꝙ mixta ſeꝑari nō poſſūt
p̄ ſi vinū habeat aquā mixtā: vt dicunt alchimici
ꝙ cōtigit eā ſeꝑari: multis quidē modis quib; extra
hiť ſba a ſba in ꝙ eſt ⁊ vn⁹ mod⁹ ſufficiat gr̄a exēpli:
cū em̄ ſil'e attrahit ſil'e ⁊ poroſū p̄cipue trahat humi
dū: ſi in vinū mixtū mittať iunc⁹ decorticat⁹ ſicc⁹ ex
ſil'itudine nature: qꝛ creſcit in aqua attrahit ſimile/
⁊ ex poroſitate trahit humidū: ĝ ex poroſitate ⁊ ſil'i⸗
tudine aque nature trahit humidū aqueū relinquē⸗
do vinū: ĝ hoc mō ſeꝑabiť aqua admixta: ĝ ſeꝑabilis
eſt: ⁊ h eſt ꝯ lr̄am. Itē ꝯ ritū eccl'ie ⁊ fidē: qꝛ eccl'ia
Sol'o ordinat ⁊ dicit ꝙ aq̄ abſumiť a vino: ita ꝙ trāſeat in
ſpēm vini ⁊ ſaporē: ſicut pri⁹ dictū eſt Si forte tu
dicas ꝙ nō eſt ſeꝑata aqua per hunc modū: ſed eſt vi
nū qð ꝯtrahit iuncus ſiue ſcirpus Cōtra ꝓbetur Obiectio.
vini fortitudo ⁊ ſapor añ immiſſionē ſcirpi ſiue iūci
poſt extractionē: ⁊ inueniet poſt fortius/ ⁊ ſaporoſi⁹
q; ante: hec aūt intētio ſaporis ⁊ fortitudinis nō p̄ot
eſſe niſi ex remotōe ꝯtrarij qð eſt humidū aque: ergo
iunc⁹ extrahit aquā: vt videť: ĝ falſum dicit in litte⸗
ra: alia aūt poſſent poni quib; hoc doceť fieri: ſed q̇a
h naturale et magis apparēs eſt illō ſufficiat So Sol'o.
lutio dðm ꝙ iunc⁹ ſubſtātiā aque nō trahit ex oī hu
mido ſiue ſit mixtū ſiue purū: ſʒ quāto eſt plus mixtū
tanto plus trahit: qꝛ plus inuenit: ⁊ quāto puri⁹ tā
to trahit min⁹: qꝛ minus inuenit: vnde nō ſeparať i
eadē aqua infuſa: ſed potius ſubſtātia aque in vino
ꝙ actu vinū eſt/ ex q̄litatib; aque in iunco exiſtentib;
cōuertiť ad naturā ⁊ trahiť. Vinū em̄ vt ait phs in
4. metheroꝝ eſt ſpēs aque: ⁊ ſunt in eo ptes debilio
res citius q; alie ad naturā aque tranſmutabiles: ⁊
illas attrahēdo alterat iuncus vel cirpus: ⁊ ideo nō
eſt ſeꝑatio: ſed potius corruptio quarundā partiū vi
ni magis debiliū: ⁊ per hoc patet ſolutio ad totum.

## Julius papa.

Si vero queriť an irritū ſit qð geriť ſi aqua De cōſe. di.
p̄termittať: audi qð ſequiť in eodem canōe: ij. nō debes
Nō p̄ot inq̇t calix dñi eſſe aqua ſola aut vi⸗ Ciprianus
nū ſolū niſi vtrūq; miſceať. Itē Ciprianus: de ꝯſe. di. ij
Calix dñi nō eſt aqua ſola: aut vinū ſolū ni⸗ ca. ſic in ſcti
ſi vtrūq; miſceať: ſicut nec corp⁹ dñi p̄ot eſſe ficatione
farina ſola nec aqua ſola niſi vtrumq; fuerit
adunatū: ⁊ panis vnius cōpage ſolidatus.
Si quis tamē nō intendens introducere he
reſim obliuione vel ignorantia aquā preter
miſerit non videť eſſe irritū ſacramentū: ſed
ille grauiter eſt corripiendus. Nam ⁊ greco
rū eccl'ia nō apponere aquā dicitur. Quod De cōſe. di.
etiā ex dictis Cipriani videtur poſſe colligi ij. ca. ⁊ ſcri⸗
ait em̄: Si quis de anteceſſoribus noſtris vł ptura.
ignoranter vel ſimpliciter nō hoc ſeruauerit
qð nos dominus facere ⁊ exemplo ⁊ magiſte
rio docuit: poteſt ſimplicitati eius indulgen
tia dñi venia cōcedi. Nobis ꝟo nō p̄ot igno
ſci qui nunc a dño inſtructi ſum⁹: vt calicem
dñi cū vino mixtū ſm ꝙ dñs obtulit offera⸗
mus. Ex hoc videť ꝙ ſi quis ſimpliciter vel
ignoranter vinū offerat ſine aqua ſacramen
tū conficiat. Aqua ꝟo nullatenus ſine vino
p̄ot offerri in ſacrificio: nec panis niſi de fru
mēto: nec granū frumēti niſi redactū fuerit
in panē: quia xp̄s ⁊ panē ſe dicit: ⁊ grano fru
menti ſe ꝯparat. Qð ergo ſupra dictū eſt nō a
poſſe vinū ſolū offerri determinari oportet
recipit em̄ exceptionē. Nō poteſt niſi ſimpli
citer vel ignoranter fiat: vel nō poteſt. i. non
debet: quibuſdā tñ videť hoc generaliter ve
rū. Colligiť etiā ex predictis ꝙ xp̄s vinū aq̄
mixtū dedit diſcipulis. Corpus ꝟo tale de⸗ b
dit quale tūc habuit. i. mortale ⁊ paſſibile.

Nunc vo ſumit a nobis immortale ⁊ impaſ-
ſibile: nec tamē maiorē habet efficientiam.
Eucharistia ꝗ́ ꝗ intincta nō debet dari po-
pulo pro ſuplemento cōionis: qꝛ nō legitur
chriſtus alicui diſcipuloꝝ prebuiſſe panē in
tinctū niſi iude. Tunc vo non accepit iudas
corpus chriſti: ſed tm̄ panē: corpus vo ⁊ ſan
guinē chriſti ante cū alijs diſcipulis ꝑcepat

Arti. XII An calix poſſit eſſe aqua ſola aut vinum
M ſolū: aut mixtum ex vtroqꝫ

Einde querit de hoc qd̓ dicit [Qd̓ ergo ſuꝑ
d dictū eſt nō poſſe vinū ſolū ⁊c. lr̄a. a. Videt
em̄ expoſitō nihil valere cū dicit [Niſi ſimpli
citer fiat vel ignorāter] quia ſimplicitas vel ignorā-
tia ſunt diſpoſitiōes cōſecrantis: ⁊ nō de eſſe ſacr̄i: ğ
nō faciūt ad hoc ꝙ fiat cōſecratio vel nō fiat: ſꝫ poti⁹
Solo. ꝙ meritorie vel nō meritorie fiat. Solo dicēdū ꝙ
poſſe hoc non eſt poſſe ſacr̄i: ſed potius poſſe iuris et
ordinatione eccleſie ⁊ ꝯgruentia ſacr̄i: vt ſupra dictū
eſt: ⁊ per hoc patet ſolutio.

Arti. XIII Quale corp⁹ xp̄s dedit diſcipl'is ſuis an
N mortale ⁊ paſſibile: vel īmortale ⁊ īpaſſibile

Einde querit de hoc qd̓ dicit ibi: [Corp⁹ vo
d tale dedit quale tūc habuit. ⁊c. s̄. b. Circa h̄
an̄ lr̄am videnť talia eſſe q̄rēda: quoꝝ p̄mū ē
q̄le corp⁹ dedit diſcipl'is vtrū. ſ. mortale ⁊ paſſibile/
vel īmortale ⁊ impaſſibile. Scōm ⁊ q̄d eēt ſi ſeruatū
fuiſſet in pixide vſqꝫ in triduū/ vel celebratū fuiſſet in
triduo: vl' de nouo ꝯfectū. Tertiū vtrū ip̄e ſūpſit cor
Arg. p̄mo. pus ſuū qn̄ illd̓ dedit diſcipulis ſuis an nō. Ad p̄-
mū obijcit ſic in lr̄a: ⁊. I. Coꝝ. II. ſunt eadē vba ī glo
ſa ꝙ ip̄e dedit corp⁹ q̄le tūc habuit: tunc autē habuit
2º paſſibile: ğ dedit corp⁹ ſuū paſſibile. Itē Innocē.
in li. de ſacr̄is: Tale dn̄s dedit corp⁹ diſcipulis/ q̄le
tūc habuit: cōſtat autē ꝙ habuit paſſibile: ğ paſſibile
3º tradidit Itē vitatis nō eſt fingere: ſed xp̄s ē vitas
ğ xp̄i nō eſt fingere: ſꝫ fingere eſt alterius mōi exhibe
re q̄ꝫ eſt: ğ xp̄s ſe in ſacr̄o alteri⁹ mōi nō exhibuit q̄ꝫ
fuit: ſed fuit paſſibilis: ğ paſſibile ⁊ mortale corp⁹ de
4º dit diſcipl'is Itē hoc accipit ex mō loq̄ndi cū dicit
hoc eſt corp⁹ meū qd̓ ꝓ vobis tradet: tradēdū ei cor
pus in futuro eſſe nō poterat niſi mortale: qꝛ alit tra
ditio nō intuliſſet ei paſſionē: cū ğ idē porrexerit diſci
pulis videt ꝙ fuerit ſub eadē diſpōe: ğ paſſibile pre-
5º buit Itē dec ꝙ dedit impaſſibile: ğ fuit impaſſibi-
le ⁊ in cruce fuit paſſibile: ğ fuit ſil' paſſibile ⁊ nō paſſi
bile: ſꝫ īpaſſibile ⁊ nō paſſibile aut eq̄pollēt aut vnū
ſequit ad aliud: ğ ſil' fuit paſſibile ⁊ nō paſſibile: ſꝫ ſi
fuit nō paſſibile: ğ nō fuit paſſibile: qꝛ negatiua de p̄
dicato finito/ ⁊ affirmatiua de p̄dicato infinito eq̄pol
lēt: ğ ſil' fuit paſſibile ⁊ nō fuit paſſibile in eodē tp̄e: ğ
cōtradictoria verificant de eodē in eodem tp̄e qd̓ eſt
Solo. impoſſibile. Si forte tu dicas ꝙ h̄ nō ſequit: qꝛ re
ſpectu diuerſoꝝ accipiunt. ſ. reſpectu forme ſacr̄i ſm
quā eſt impaſſibile: ⁊ reſpectu forme naturalis ꝓprie
ſm quā eſt paſſibile. Itē reſpectu ſumētiū ſacr̄m ē im
Obiectio. paſſibile: ⁊ reſpectu lācee ⁊ cruc̄ paſſibile Si inq̄ꝫ
ſic dicas ꝯtra paſſibile ⁊ īpaſſibile ſūt q̄litates abſo-
lute fluētes a naturali potētia vel in potētia patiēdi
ğ ſiue cōpet ad aliō ſiue nō ſp ſūt vno mō: cōſtat aūt
ꝙ xp̄s tūc nō habuit naturalē īpotētiā patiēdi. i. q̄n
pateret accedēte leſiuo inferēte paſſionē: ğ a nulla cō
paratiōe potuit eſſe vl' fieri īpaſſibile nō alterata ī eo
natura paſſibili: ꝯſtat aūt ꝙ ſacr̄m in eo nō alterauit
naturā: ğ dedit corp⁹ ſuū paſſibile ⁊ nullo mō īpaſſi
bile. Sed ꝯ h̄ obijcit Mat. 17. ſuꝑ illud trāſfigu Argu. p̄mo
rat⁹ eſt an̄ eos glo. illud corpus qd̓ habuit ꝑ naturā
dedit diſcipulis in cena nō mortale: nō corꝑale h̄ ex-
p̄ſſe dicit: qꝛ dedit īcorꝑale cū tn̄ hr̄et paſſibile Itē 2º
Leuit. II. ſuꝑ illd̓. Si fuerit oblatio de ſāguie. ⁊c. di
cit gloſa carnē ſuā an̄ paſſionē eſui nō aptā eſui aptā
fecit: cōſtat aūt ꝙ paſſibilis nō eſſet eſui apta: ğ fec eā
īpaſſibilē. Itē Hugo de ſctō vi. Tenebat ſe ī māi 3º
bus tenēs erat mortalis tētū īmortale: ſꝫ h̄ erat cor-
pus qd̓ dedit diſcipl'is: ğ corp⁹ dedit īmortale ⁊ im-
paſſibile Itē Hugo Ego abſqꝫ p̄iudicio veritatis 4º
magis ad h̄ accedo: vt illud impaſſibile ⁊ immortale
quātū ꝑtinet ad ſctificationē ſacr̄i tradidiſſe dr: ſi em̄
h̄ eſſe potuit ꝙ ip̄e ſeip̄m māib' geſtaret/ ⁊ corp⁹ ſuū
ſine corruptiōe ſui edēdū diſtribuit: ⁊ tn̄ ꝗ dedit et ꝗ
dabat/ ⁊ ꝗ portabat ⁊ ꝗ portabat idē eſſe q̄d mirum
Si dicat ꝙ ip̄e ī eo ꝙ dabat erat īmortal'/ ⁊ nō eo Solo.
ꝙ dabat mortalis fuit nō duo ſed vnus. Itē paſ- Obiectio.
ſibile patit accedēte leſiuo: ſi ğ ip̄e dedit illud paſſibi-
le patiebat accedēte leſiuo: attritio aūt dentiū leſiuū
eſt: ğ patiebat ⁊ occidebat maſticatione diſcipuloꝝ:
qd̓ falſum eſt: ğ nō dedit corp⁹ ſuū paſſibile ⁊ morta-
le: vt videt. Solo dōm ꝙ circa hāc q̄ſtionē ambe Solo
partes hn̄t ſuos defenſores: ⁊ illi ꝗ ſequunt Hugo- ad primū
nē de ſctō vic. dicūt ꝙ dn̄s an̄ reſurrectionē ſuā vſū ſcōm ⁊ 4m
quattuor dotiū corporis aſſumpſit: q̄ꝫuis nō aſſum
pſerit habitū: actū em̄ ſiue vſum ſubtilitatis aſſūpſit
qn̄ ex vtero matris clauſis pudoris repagulis exi-
uit: vim aūt agilitat̄ qn̄ ſicco veſtigio ſuꝑ vndas am
bulauit: claritatis aūt qn̄ reſplenduit facies ei⁹ ī mō
te thabor qn̄ trāſfigurat⁹ eſt an̄ diſcipulos: ſed actū
impaſſibilitatis in cena: qn̄ corp⁹ ſuū diſcipulis de-
dit nō paſſibile ſm actū: licet habitu eſſet paſſibile: qꝛ
(ſicut dictū eſt) ip̄e nō aſſūpſit habitum dotiū: ſed tm̄
actū: ⁊ hec eſt ſn̄ia magiſtri Hugonis de ſctō victo.
⁊ tūc patet ſolo ad oīa p̄mo obiecta p̄ter duo. ſ. qd̓ ob
ijcit de fictiōe ⁊ verificatiōe cōtradictorioꝝ ſil' de eo
dē. Ad primū ğ illoꝝ dōm ꝙ nō erit fictio (vt dic̄ Ad 3m
Auguſtin⁹) niſi qn̄ ordinat ad deceptionē: vn̄ etiam
dicit Luce vlti. ꝙ finxit ſe longius ire nec reputatur
fictio niſi bona: vt dicit Aug. qꝛ nō ordinat ad deci-
pere: ſed poti⁹ ad inſtructionē: vnde ſicut ip̄e oſtēdit
diſcipl'is claritatē ne de morte ſua nimis triſtarent
⁊ turbarent: ita ī cena ꝓpter inſtructionē reſurrectio
nis oñdit eis īpaſſibilitatē ⁊ in alijs locis act⁹ alia-
rū dotiū Ad aliud dōm ꝙ nō erat ibi aliq̄ oppō cō Ad 5m.
tradictōis: qꝛ eq̄uoce ſūit paſſibile ⁊ īpaſſibile/ mor-
tale ⁊ īmortale: paſſibile ei ⁊ mortale ſumūt ſm hitū
ſꝫ īmortale ⁊ īpaſſibile ſm actū: vt idē ſit īpaſſibile ⁊
immortale qꝛ nō patiēs ⁊ nō moriēs ī diſtributione
ſacr̄i: h̄ aūt ꝗ dicere voluerit p̄t ⁊ hēt vn̄ rn̄deat obie-
ct̄. Ego aūt magis aſſētio alteri oppiniōi quā magi Ad aliā opi
ſter tangit in littera ⁊ gloſa. I. Coꝝ. II. ⁊ Innocēti⁹ nionem.
in libro de ſacr̄is. ſ. ꝙ paſſibile dedit corpus ſuū: ⁊ iō
etiā in memoriā paſſionis frequentat ſacramentum
ab eccleſia. Ad hoc aūt quod primo obijcit dicen- Ad p̄mū
dū ꝙ gloſa ſic intelligit. ſ. ꝙ dedit īmortale ⁊ impaſ-
ſibile. i. non paſſum et non mortuum in ſacramento
vel ſacramenti ſuſceptione: ⁊ huius non eſt cauſa ꝙ
fuit impaſſibile: ſed cauſa infra in ſolutione patebit.

Ad 2m Ad aliud dicẽdũ ꝙ illa gloſa leuitici nõ ĩtelligit̃ de
impaſſibilitate ſed potius qꝛ corpus in figura ⁊ for
ma humana nõ eſt eſui aptũ ideo tradidit illd ſub for
ad 3m ⁊ 4m ma panis ſub qua eſt eſui aptũ. Ad aliud dicendũ
ꝙ illa fuit opinio Hugonis quã non tenemur ſeq̃ ni
ſi velimus. Si tñ velimus ſuſtinere qđ dicunt dice
mus ꝙ ipẽ refert hoc ad id qđ non patiebat̃ ſm actũ
ſub ſacr̃o: ſed cauſam hui⁹ nõ determinat ⁊ ego non
credo ꝙ hec fuit cauſa ꝙ ĩpaſſibilitatẽ aſſumpſit: qꝛ
Ad obie- ctionem. nulla ad hoc cogit neceſſitas vt iã infra patebit. Ad
aliud dicendũ ꝙ illa ꝓpõ veriſſima eſt q̃ dicit̃ paſſibi
le patit̃ accedẽte leſiuo: ſꝫ ĩ ſacr̃o nullũ acceſſit ſibi leſi
uũ: qꝛ ſicut habebim⁹ in ſequẽti diſtinctione a mgr̃o
determiatũ: maſticatio ⁊ diuiſio nõ referunt̃ ad cor
pus xp̄i ſed ad formas tm̃ ſiue ſpẽs accidẽtales: hoc
tñ puto fuiſſe qđ coegit eos q̃ diuerſa ſunt opinati a
mgr̃o hic ꝙ dederit corpus ſuũ ĩpaſſibile. vñ cũ hoc
ſicut iã patuit nihil oĩno cogat: ptꝫ ꝙ nõ eſt rõ quare
dicat̃ corp⁹ ſuũ ĩpaſſibile tradidiſſe.

## Arti. XIIII Q Quid de corpe chriſti eſſet factũ ſi ab ali quo diſcipuloꝝ fuiſſet conſecratũ in triduo aut ſeruatũ in pixide ⁊ an aĩa exiſtẽs in lim bo etiã potuerit eſſe in corpe conſecrato.

Secundo q̃rit̃ quid eſſet de corpore illo factũ
ſi ab aliquo diſcipuloꝝ fuiſſet ſeruatũ ꝑ tri
duũ vel ab aliquo eoꝝ de nouo confectũ vel
Arg. pmo conſecratũ cum em̃ vnũ ⁊ idem numero eſſet corpus
qđ pepẽdit in cruce ⁊ qđ ſeruabat̃ in pixide. videt̃ ꝙ
qđcunqꝫ accidit ei in cruce/ totum hoc acciderit ei in
pixide: ſed in cruce vulnerabat̃/ lanceabatur/ irride
batur/ potabatur aceto: ergo ⁊ in pixide fiebat ei qđ
libet iſtoꝝ: ⁊ hoc plane falſum eſt: qꝛ crucifixio ⁊ hu
iuſmodi ad viſus hominũ fuerunt ⁊ nihil talium vi
Solo. debatur in pixide fieri circa corpus. Si aũt tu di
Obiectio. cas ꝙ in pixide nõ crucifigebat̃ tunc videtur ꝙ con
tradictoria verificant̃ de eodem in tempore vno ⁊ eo
dem: in cruce em̃ occidebatur ⁊ nõ in pixide/ ⁊ in eo
dem tẽpore ipm̃ erat idem exiſtens: ergo vnum ⁊ idẽ
exiſtens vno tẽpore crucifigebat̃: ⁊ non crucifigebat̃
ſiue moriebat̃ aut non moriebat̃ qđ nõ capit intelle
2o ctus. Item aut moriebat̃ in pixide aut nõ morie
batur: ſed nõ moriebatur: ergo idem homo eodẽ tem
pore erat mortuus ⁊ viu⁹ qđ nec fides admittit nec
intellectus capit. Si moriebatur aut eodem genere
mortis quo extra pixidem moriebatur aut nõ: ſi nõ
ergo duobꝫ generibꝫ mortis moriebat̃ xp̄s: qđ iterũ
abhorret ſcriptura. Si eodẽ ſed extra moriebat̃ cru
cifixione: ergo ⁊ in pixide moriebat̃ crucifixione: ſed
moriens crucifixione crucifigit̃: ergo xp̄us in pixide
Argu. pmo in cõtrariũ crucifigebat̃ ⁊ eadem rõne lanceabat̃ ⁊c̃. Sed cõ
tra xp̄s non niſi in vno loco crucifigebat̃. ſ. in golga
tha: pixis aũt nõ fuit ĩ golgatha: ergo ĩ pixide nõ cru
2o cifigebat̃. Item licꝫ corpus xp̄i ⁊ anima ex vnione
ad deitatẽ que vbiqꝫ eſt poſſit eſſe in pluribꝫ locis: tñ
actus iudeoꝝ ⁊ gentiliũ nõ poterat eſſe niſi vbi erãt
gentiles ⁊ iudei qui tm̃ fuerũt in vno loco: ſed illi nõ
erant in pixide: ergo nec actus eoꝝ: ſed actus eorum
crucifixio/ lanceatio/ clauatio ⁊ hmõi fuit: g̃ iſta non
Queſtiun- cula prima. facta in pixide ſed tm̃ in cruce. Item vlterius que
rit̃ hic ſi confectũ fuiſſet in triduo vtrũ eſſet ꝑfectum
Arguit̃ pͦ ſacramẽtũ an nõ: Videt̃ ꝙ nõ ſupra em̃ habitũ eſt ꝙ
ex vi conſecratiõis panis nõ cõuertitur niſi in corp⁹
⁊ vinũ in ſanguinẽ ⁊ ex vnione eſt ibi tam aĩa q̃ꝫ dei
tas: ergo nõ exiſtente vnione anime ad corpus: non
erat ibi aĩa: g̃ nõ ꝯficit̃ niſi corp⁹ mortuũ ſꝫ corpus
mortuũ ⁊ ſanguis mortu⁹ nõ eſſet ſacr̃m perfectũ: g̃
in triduo nõ fuiſſet ſacramentũ ꝑfectum vt videtur.
Item nõ viuũ nõ viuificat: ſed corpus xp̄i viuifi 2o
cat ergo nõ potuit confici nõ viuũ ſed in triduo ſi con
fectũ fuiſſet fuiſſet nõ viuũ: ergo in triduo nõ potuit
confici vt videtur. Si tunc querit̃ vtrũ xp̄s pote Queſtiun-
rat ꝑcipere anime exiſtẽti in limbo vt eſſet in corpore cula ſcđa.
cõſecrato. Videt̃ ꝙ ſic: qꝛ ipẽ eſt omnipotẽs ⁊ pote Argu. pmo
ſtatẽ habet ponẽdi animã ſuã ⁊ iterũ ſumendi eam: g̃
videtur etiã ꝙ hoc potuit facere. Item ex hoc nul 2o
lum generat̃ ꝑiudiciũ redemptiõis: quia aĩa ſimul ⁊
ſemel poteſt eſſe in diuerſis locis: ⁊ ita exiſtẽs in cor
pore ſub ſacramento nõ recederet ꝓpter hoc a limbo
lucẽs redimendis ab inferno: ergo videt̃ ꝙ hoc feciſ
ſet chriſtus ſi in triduo fuiſſet conſecratũ. Itẽ mõ 3o
totus eſt in celis ⁊ totus in mľtis altaribꝫ ſimul ⁊ ſe
mel: ergo tota ſimiliter aĩa potuit eſſe in limbo ſepa
ta a ſepulto corpe/ ⁊ tota aĩa in corpore ſub forma ſa
cramẽti confecto ⁊ nullum videtur eſſe incõueniẽs.
Sed contra hac poſitiõe facta idẽ corpus nume In ꝯtrariũ
ro eſſet in forma ſacramẽti ⁊ in ſepulcro ⁊ in forma
ſacramẽti eſſet animatũ ⁊ viuum: in ſepulcro autẽ in
animatũ ⁊ mortuũ: ergo idẽ corpus numero ⁊ in eo
dẽ tẽpore eſſet animatũ ⁊ nõ animatũ ⁊ viuũ ⁊ mor
tuũ qđ eſt incõueniẽs ⁊ abſurdũ ⁊ etiam ꝯtra fidem.
Solutio dicendũ videt̃ cum antiquis in hac q̃ſti Solo.
one qui dicunt ꝙ quedã noĩa verba ⁊ participia di
cunt paſſiones naturales vel cõmunes ad natura
les ⁊ violẽtas ⁊ hec pñt copulari corpori exiſtẽti in pi
xide ſi ſeruatũ fuiſſet per triduũ ſicut patit̃ dolet mo
ritur ſentit dolores ſentit paſſiones ⁊ hmõi: quedã
autẽ dicũt paſſiones violẽtas ipa voce ſicut vulne
ratur verberat̃ crucifigit̃ ⁊ hmõi/ ⁊ hec non poſſunt
copulari corpi niſi vbi eſt ſub ꝓpria forma: ſicut fuit
in caluarie loco ſiue ĩ golgatha qđ idẽ eſt. Cauſa aũt
huius eſt: qꝛ talia dicũt paſſionẽ nõ ſm qđ eſt paſſio
nati: ſed qđ eſt illatio ⁊ effectus actionis: ⁊ cũ actus
crucifigentiũ nõ fuerit niſi in loco crucifigẽdi nõ poſ
ſunt talia fieri circa xp̄m niſi ſm formã qua inter cru
cifigẽtes apparuit ⁊ in loco crucifixionis. Alij autẽ
dicũt paſſionẽ ſm ꝙ eſt tm̃ in patiẽte/ ⁊ cũ patiens fu
erit idẽ in cruce ⁊ in pixide: ideo illa copulant̃ ei vtro
biqꝫ. vnde antiqui determinabãt hãc queſtionẽ per
duos ꝟſus ſic dicẽtes. Pixido ſeruate poteris copu
lare dolorem Innatũ: ſed non illatus conuenit illi. Ad primũ
Scđm hoc ergo videt̃ dicendũ ad pmũ ꝙ licꝫ idẽ
ſit corp⁹ in cruce ⁊ in pixide tñ ſub alia ⁊ alia forma
⁊ verũ eſt ꝙ quicq̃d accidit ei in cruce accidit ei in pi
xide qđ dicit ipius paſſiõis q̃ntitatẽ ⁊ ſubſtantiã ex
parte patientis: ſed vulnerari ⁊ hmõi ꝑter paſſionis
ſubſtantiã dicũt cõparationẽ ad agentẽ extra ⁊ ideo
non oportet ꝙ accidãt ei ⁊ eſt in argumẽto locus ſo
phiſtic⁹ figure dictõis ex cõmutatiõe ei⁹ ꝙ dicit q̇d
paſſionis in id ꝙ dicit paſſionẽ q̃lẽ. ſ. ad actionẽ agẽ
tis comparatã. Ad aliud dicendũ ꝙ contradictio Ad obie- ctionem.
de eodẽ non verificatur: quia hec eſt vera ꝙ corpus
xp̄i crucifigebat̃: ⁊ hec eſt falſa corpus chriſti nõ cru
cifigebat̃: ſed hec eſt duplex corpus xp̄i crucifigebat̃
in pixide ex eo ꝙ ly in pixide põt determiare corpus
xp̄i mediante ꝑncipio ſubĩtellecto. ſ. ens: ſub hoc ſen
ſu corpus chriſti ens in pixide crucifigebatur ⁊ ſic eſt
vera Vel poteſt determinare ly crucifigebatur ⁊ ſic

eſt falſa. Similiter ⁊ hec eſt duplex corpus xp̄i in pixi
de nõ crucifigebat̃ vt patꝫ ꝑ ſe ex diſtinctiõe p̄cedẽti.
⁊ iſte corpus xp̄i crucifigebat̃ in pixide ⁊ corpus xp̄i
nõ crucifigebat̃ nõ ſunt ꝯtradictorie niſi ſm ꝙ deter
minatio refert̃ ad idẽ in vna ⁊ in alia ⁊ hoc nõ eſt in-
cõueniẽs. q̈ꝛ hoc mõ nõ crucifigebat̃ in pixide: q̈ꝛ ex
hoc nõ ſequit̃ ꝙ nõ crucifigebat̃ ⁊ eſt ibi fallatia ſm
Ad 2m q̇d ad ſimpl'r. Ad aliud dicendũ ꝙ in pixide morie
bat̃ ⁊ eodẽ genere mortis q̊ extra ſed hec mors in pi-
xide nõ inferebat̃ ei ſed in cruce. Et iõ nõ ſequit̃ mo-
riebat̃ in pixide eodẽ genere mortis: ergo crucifige-
batur q̈ꝛ crucifigi nõ tm̃ dicit idẽ genus mortis ſed
etiã illationẽ illius ſm ꝙ eſt ab agẽte ⁊ gratia illius
Ad q̄ſtiun-culã p̄mã. nõ ꝯuenit ei in pixide: ſed gr̃a eius ꝙ tm̃ fuit ex ꝑte
patiẽtis ⁊ hec ſolutio dicit idẽ genus mortis. Ad
id qđ vlterius q̄rit̃ ſine p̄iudicio videt̃ mihi: poſito ꝙ
cõficeret̃ in triduo qđ corpus xp̄i eſſet in ſacramento
ſine aĩa nec puto verũ eſſe qđ quidã dicũt. ſ. ꝙ ſuſpẽſa
Ad primũ. eſſet forma ſacr̃i in triduo ſed potius puto ꝙ ſi ſacr̃m
ꝯſecratũ eſſet in triduo ꝙ habuiſſet effectũ. Ad id
aũt qđ ꝯtra obijcit̃ dicendũ ꝙ ꝑfectũ ſacr̃m dicit̃ tri-
bus modis. Uno mõ a ꝑfectiõe materie ⁊ forme ſa-
cramẽti ſicut oĩs res in eſſe ꝑfecta eſt ꝑfectiõe illoꝝ
duoꝝ in cõpoſitiõe dũmodo illa res nõ ſit ſimplex ſꝫ
cõpoſita ex materia ⁊ forma. Scđo mõ dicit̃ ſacr̃m
ꝑfectũ; q̈ꝛ ꝑfecte facit actũ ad quẽ iſtitutũ ẽ: ⁊ hĳs du
obus fuiſſet illud ſacr̃m ꝑfectũ in triduo. Tertio di-
cit̃ ſacr̃m ꝑfectũ a numero eoꝝ q̄ ſacr̃m cõtinẽt ⁊ hoc
modo improprie. Et hoc mõ verũ eſt ꝙ nõ tot ſubſtã
Ad 2m tias ꝯtineret in triduo q̊t cõtinet extra triduũ: q̈ꝛ nõ
ꝯtinet animã. Ad aliud dicendũ ꝙ corpus xp̄i nõ
eſt viuificatiuũ a vita naturali: cuius cauſa eſt aĩa ſꝫ
a vita q̄ eſt deitas ⁊ illã vitã haberet vnitã ſibi in tri-
duo ⁊ gr̃a illius viuificaret ⁊ iõ etiam xp̄s morte ſua
Ad q̄ſtiũcu-culã ſcđam deitatis ꝟtute viuificauit mortuos vt dicit Aug⁹.
Ad id qđ vlterius querit̃ vtrũ xp̄us potuit facere
animã ſuã intrare ſuũ corpus ſub ſacr̃o ⁊ nõ in ſepul
cro. Dicendũ ꝙ aliud eſt poſſe facere ⁊ aliud poſſe fie
ri ⁊ de ſuo poſſe ⁊ facere alibi dictũ eſt. ſ. in fine primi
libri ſed puto dicendũ ꝙ nõ potuit illud fieri: q̈ꝛ ſic ſe
queret̃ ꝙ idẽ eſſet aĩatũ ⁊ inaĩatũ ⁊ exanime qđ eſt in-
Ad primũ. cõueniẽs. Ad primũ aũt qđ ꝯtra obijcit̃ dicendũ
ad 2m ⁊ 3m ꝙ põt oĩa nõ tñ oĩa p̄nt fieri ſil' ꝓpter oppoſitionẽ vel
cõſecutionẽ ĩpoſſiblitatis. Ad aliud dicẽdũ ꝙ hec
nõ eſt cauſa ꝙ poſſit eſſe in pluribꝫ ſil' ſed poti⁹ illa ꝙ
idẽ corp⁹ nũero in vno ⁊ eodẽ tp̄e nõ põt eſſe aĩatũ in
vno loco ⁊ inaĩatũ ĩ alio loco: q̈ꝛ ſi h̄ eſſet vbiq; eſſet in-
aĩatũ ⁊ ſi eſt hic aĩatũ vbiq; eſt aĩatũ ⁊ iđo nõ põt eſſe
ꝙ aĩa ſit in corp̄e in ſacr̃o ⁊ nõ in ſepulcro. Aliter aũt
dicũt quidã ⁊ q̄ volũt ſeq̄ illos p̄nt ſed hic opiniones
omniũ ꝓſequi eſſet diſpendioſum.

## Arti. XV An chriſtus in cena in propria ꝑſona ſumpſerit corpus ſuum.

Arg. primo (t) Ertio querit̃ an xp̄s in ꝓpria ꝑſona ſumpſit
ſuũ corpus in cena qñ illud dedit diſcipulis.
Et videt̃ ꝙ ſic: q̈ꝛ Matth. 26. ſuꝑ illud acci-
pite ⁊ comedite ex hoc omnes dicit Chryſ̃. bibite ex
eo vt diſcipuli vidẽtes non dicerẽt quid ſanguinem
bibo? vt eñ nõ turbarent̃ ſicut turbati fuerunt mul
ti qui abierunt retro prim⁹ ip̄e ſanguinẽ ſuum bibit
2° Itẽ Ruth. 3 ſuꝑ illud cũ comediſſet ⁊ bibiſſet dicit
glo. Comedit xp̄s ⁊ bibit cum in cena corpus ⁊ ſan-
3° guinẽ ſuũ tradidit diſcipulis. Item quia pueri cõ-
municauerũt carni ⁊ ſanguini ⁊ ip̄e ſil'r participauit
eiſdẽ vt per mortem deſtrueret eũ qui habebat mor-
tis ĩperiũ Heb. 2. Itẽ Leuit̃. 8. ſuꝑ illud Cunq; 4°
de ſanguine ⁊c̃. glo. p̄mo ſacerdos poſtea alĳ eius
ſanguine vngunt̃: q̈ꝛ in cena xp̄s p̄mo ſanguinẽ ſuũ
accepit deinde diſcipulis tradidit. Itẽ glo. ibidem 5°
ſanguinẽ ſuũ bibit ⁊ alĳs bibere dedit cũ intelligibi
lẽ ſanguinẽ ſuꝑ altare. i. ſuũ corp⁹ fudit. Itẽ hec vi 6°
det̃ eſſe ſentẽtia antiquoꝝ q̄ fecerũt ꝟſus de ſolutiõe
hui⁹ q̄ſtionis dicẽtes. Rex ſedet in cena turba cinct⁹
duodena. Se tenet in manibus ſe cibat ip̄e cibus.
Itẽ videmus hoc ꝙ ip̄e circũciſus eſt: ⁊ poſtea etiã 7°
baptiſmũ ſuccedentẽ circũciſioni ſuſcepit: g̃ a ſil'i cum
cõicaucrit agno tipico ipſe etiã cõicauit carni ⁊ ſan-
guini ſuo ſuccedẽti agno typico. Itẽ ſacramẽta in- 8°
ceperũt a xp̄o ⁊ ab ip̄o tanq; a capite fluxerũt in eccle
ſiã: ergo p̄mo in xp̄o eſſe debuerũt deinde in eccl'ia: cũ
igitur cõio ſit ſacr̃m eccl'ie p̄cipuũ: cõio debuit ab ip̄o
incip̄e. Itẽ cũ dicit̃ in Pſ. 132. Ecce q̄ bonũ. ⁊c̃. 9°
Et ſubiungit̃ ſicut vnguentũ in capite qđ deſcendit
in barbã ⁊c̃. g̊ a capite deſcẽdit vnctio ſacramẽtalis
in barbã. i. in apl'os vt exponũt ſc̄ti ⁊ a barba in orã
veſtimẽti. i. in imitatores de eccl'ia. g̊ inunctio p̄cipui
ſacramẽti. i. cõmunicatio videt̃ p̄mo incepiſſe ab ip̄o
deinde in apl'os deriuata fuiſſe. Sed ꝯtra in na- In ꝯ̃triũ p°
tura nihil eſt vanũ ⁊ fruſtra: g̊ multo min⁹ in opibꝫ
xp̄i ſed eſſet ſi cõicaſſet: g̊ nõ cõicauit. Probatio aſ-
ſumpti illud ſacramentũ reſtaurat deperditũ in viri-
bus ſpũalibꝫ ꝑficiẽdo maiorẽ vnionẽ mẽbroꝝ cũ ca-
pite: ſed xp̄s nihil perdidit nec magis vniri potuit q̄
vnitus fuit: ergo in ip̄o ad nullum finem fuiſſet cõ-
munio ſi cõmunicaſſet: ergo fruſtra ⁊ in vanũ: quia
dicit ph̄s ꝙ fruſtra vel vanum eſt qđ eſt ad aliquem
finem ⁊ non includit illum. Item ſanguis cauſat 2°
redemptionẽ in hĳs a quibus ſumit̃: ſed chriſtus nõ
erat redimendus ſed potius redemptor: ergo non de
buit cõmunicari ſanguini. Item nõ eſt eiuſdem ꝓ 3°
pinare ſuũ ſanguinẽ ⁊ bibere: ſed chriſtus fuit vt pin-
cerna ſanguinis: ergo nõ bibit ip̄m. Itẽ videt̃ eſſe 4°
occaſio hereſis. ſ. ꝙ etiam ip̄e ſicut alĳ ibi indigeret
effuſione ſui ſanguinis cũ eũ ſumeret ſicut alĳ: xp̄s
aũt in omnibꝫ intendit edificare fidem: ergo non de-
buit ſuum ſanguinẽ ſumere. Solutio ſine p̄iudi- Sol'o.
cio alioꝝ aliter dicendum: videtur mihi tutius eſſe
ꝙ dicamus hoc qđ ſc̄ti patres exp̄ſſe tradiderũt. ſcꝫ
ꝙ xp̄s ſanguinẽ ſuũ accepit ⁊ ſuũ corpus. Et fateor
me deficere in ſoluẽdo dicta eoꝝ: ſed mihi videtur ꝙ
hoc expreſſe intendunt dicere. Ad primũ qđ ꝯtra Ad primũ.
obijcitur dici põt ꝙ eſt finis ĩ ſe ⁊ finis in alio: cõmu-
nio autem corporis ⁊ ſanguinis xp̄i finẽ non habuit
in ſe ſed in alio: ⁊ illũ tangit prima autoritas Chryſ̃.
ſcꝫ ne alĳ horrerent qui ante horruerant Ioh. 6. di-
centes: Durus eſt hic ſermo quis poteſt eum audire
⁊ relicto eo abierunt retro. Alia autem cauſa eſt vt ſi
gnificaret ꝙ ſicut gratia redemptionis ab ip̄o deri-
uatur ad mẽbra ita etiam ritus ⁊ inſtitutio obſerua
tionis ⁊ ideo cõmunicauit. Ad aliud dicendũ ꝙ cõ ad 2m ⁊ 3m
munio in chriſto non cauſat redemptionẽ ſed potius
fuit vt forma ⁊ exemplar ritus obſeruãdi ⁊ ſine hor-
rore cõmunicandi decetero. Hec etiã fuit vna cauſa-
rum ſupra poſitaꝝ qua etiã ip̄e ſub ſpeciebꝫ cibi ⁊ po
tus generaliter tradidit corpus ſuum ⁊ ſanguinem.
Ad aliud dicendum ꝙ hec non fuit occaſio here- Ad 4m
ſis: quia illam per doctrinam ⁊ miraculũ ⁊ teſtimo-

niū patris de celo factū ⁊ trāſſigurationē didicerāt
ꝙ nullo hoꝝ indigeret ſed geſtabat ſolū informatio-
nē ⁊ ritū eccl'ie ꝑ exēplū acceptū a xp̄o. vnde apl's. I.
Coꝝ. II. Ego eñ accepi a dño qđ ⁊ tradidi vobis.

## Ubi illa accidentia fundentur.

Si aūt queriť de accidētibus q̄ remanēt id
eſt de ſpeciebus ⁊ ſapore ⁊ pondere in quo
ſubiecto fundētur: potius mihi videtur fatē
dum exiſtere ſine ſubiecto ꝗ̄ eſſe in ſubiecto
quia ibi nō eſt ſubſtantia niſi corporis ⁊ ſan-
guinis dñici q̄ nō afficitur illis accidētibus.
Non eñ corpus xp̄i talem habet in ſe formā
ſed qualis in iudicio apparebit. Remanent
ergo illa accidētia ꝑ ſe ſubſiſtentia ad myſte
riȷ̄ ritū: ad guſtus fideiꝗ ſuffragiū q̄bus cor
pus chriſti habens formā ⁊ naturā ſuā tegiť.

Arti. XVI An in ſacramento euchariſtie maneāt ac-
Q cidentia ſine ſubiecto.

Einde queriť de hoc qđ dīc ibi [Si aūt que
D ritur de accidētibꝫ que remanēt ⁊c. Hec eſt
q̄ſtio grauiſſima de accidētibꝫ q̄ dicit acciden
Arg. p̄mo tia hic eſſe ſine ſubiecto. Et cōtra hoc obijciť multi-
pliciter eo ꝙ tota phīa videať eſſe contra. Primo ſic
eſſe nō pōt ſepari ab ente: quia ſequereť cōtradictio
ſcꝫ ens qđ eſt nō eſſet ſed accn̄s eſt ens quoddā: g̃ ſuū
eſſe nō eſt ſeꝑabile ab illo ſed ſuū eſſe vt dicit ph̄s eſt
in eſſe: g̃ ineſſe nō eſt actu ab ip̄o ſeꝑabile: ſed ſi ineſt
Solō. nō ineſt niſi ſubiecto: ergo actu nō pōt ſepari a ſubie-
cto ⁊ ita nō erit hic ſine ſubiecto. Si forte tu dicas
ꝙ deus pōt facere etiā pl⁹ ꝗ̄ poſſum⁹ ītelligere: nos
Obiectio. aūt poſſum⁹ ītelligere accn̄s ſine ſubiecto: g̃ de⁹ pōt
h̄ facere. Cōtra nō q̄riť q̄d de⁹ poſſit facere ſꝫ q̄d in
creatura poſſit fieri ſed iā oſtenſū eſt ꝙ eſſe alicui⁹ en
20 tis nō pōt ſepari ab ip̄o q̄n ſeq̄ť cōtradictio ſi ſeꝑetur
ſm̄ actū: g̃ h̄ nō pōt fieri in accn̄te. Itē in ordinatio
ne ſapīe diuīe eſt ꝙ accn̄s nō eſt niſi in ſubiecto ſed cō
tra ordinationē ſapīe nō pōt facere de⁹ vt dīc Aug⁹
30 ⁊ Anſelmus q꞉ faceret ꝯtra ſeip̄m: g̃ videť nō poſſe
facere ꝙ accn̄s ſit ſine ſubiecto. Item ſi accn̄s cau-
ſať a p̄ncipijs ſubſtātie ineſſe ita cōtineť ab eiſdē ineſ
ſe ſed vnūqđqꝫ natural'r deficit cū ſeꝑať a principijs
cauſantibꝫ ⁊ cōtinentibꝫ ip̄m: g̃ accn̄s deficit cū ſeꝑa
tur a ſubſtātia ⁊ p̄ncipijs eiuſdē: g̃ ſi in ſacr̄o accn̄s ſe
40 ꝑatur a ſubiecto accn̄s nō manet ſed manet ſicut iu-
dicat viſus: g̃ nō eſt ſine ſubiecto Itē. I. Coꝝ. II. ſu
per illud. Alius quidē eſurit/ali⁹ aūt ebrius eſt. dicit
glo. ꝙ in magna q̄ꝫtitate ꝯſecrabāt ⁊ comedebāt ſed
50 cōſtat ꝙ accidētia nō inebriarēt vel reficerēt aliquē:
g̃ videť ꝙ accidētia ibi nō maneāt ſine ſubiecto. Itē
magis ꝯſtāt ea q̄ ſunt in diuerſis generibꝫ ꝗ̄ ea q̄ ſūt
in eodē genere ſꝫ corpus ⁊ ſp̄ūs ſūt in eodem genere
accn̄s ⁊ ꝑ ſe ens in diuerſis g̃ magis diſtāt accn̄s ⁊
ꝑ ſe ens ſiue ſubſtatia ꝗ̄ corpus ⁊ ſp̄ūs ſed corp⁹ nō
pōt fieri ſp̄ūs vt dicit Aug⁹ ⁊ ꝓbat Boeci⁹ in libro
de duabꝫ naturis in vna ꝑſona xp̄i in fine: g̃ accn̄s
60 multo min⁹ pōt fieri ens ꝑ ſe: g̃ nō pōt eſſe ſine ſubie-
cto. Itē aſpectui hūano ibi apparet nō tm̄ accn̄s ſꝫ
albū rotūdū denomiatū ⁊ informatū ab accidēte aut
igiť ſic eſt in ſacr̄o ſicut apparet aut non: Si ſic eſt g̃
eſt ibi aliq̄d denoīatū ⁊ informatū ⁊ nihil niſi ſubſtā
tia ⁊ ſubiectū: g̃ accn̄s nō ē ſine ſubiecto. Si nō g̃ ali
ter eſt in ſacr̄o veritatis ꝗ̄ apparet extra aſpectū hoīs
⁊ ſic eſt fantaſia vel p̄ſtigiū qđ abſurdū ē dicere ⁊ cre
dere de ſacr̄o veritatis ⁊ eccl'ie. Itē diffinitio nō ſepať 70
a diffinito eo ꝙ diffinitio dicit eſſe diffiniti: cū igiť ac
cidēs diffiniať ꝑ ineſſe videť ꝙ ieſſe nō pōt ſepari ab
accn̄te actu: q꞉ de illa ſeꝑatiōe q̄riť hic. Itē ph̄s in 80
p̄mo li. phicoꝝ ꝯtra ꝑmenidē loq̄ns dicit: ſi aīal ⁊ bi
pes q̄ diffiniūt hoīem ſūt accn̄s ⁊ hō erit accn̄s: ⁊ ſic
accideret etiā ꝙ hō eſſet accn̄s alij: g̃ a ſili ſi diffiniēs
accn̄s eſt tm̄ in alio eſſe ⁊ nūꝗ̄ ꝑ ſe eſſe/erit ⁊ ip̄m acci
dēs diffinitū tm̄ in alio ⁊ nūꝗ̄ ꝑ ſe ſꝫ in eſſe eſt diffini
tiuū accn̄tis ⁊ nūꝗ̄ ē niſi ī alio eē: g̃ acn̄s nūꝗ̄ ē niſi in
alio ſit. Probatio aſſūpti dīc ph̄s ꝙ accn̄s ē qđ cū ſit
alio nō ē ī eo velut ꝑs q̄dā ⁊ īpoſſibile ē eē ſine eo ī q̄ ē
⁊ g̃ ptꝫ ꝓpoſitū. Itē Dam̄. videť velle dicere ꝙ ſb̄a 90
panis manet ⁊ etiā ſb̄a vini ī q̄bꝫ fūdāť accn̄a ⁊ ſic nū
ꝗ̄ ſūt ꝑ ſe ſed ī eſſe eſt diffinitiuū accn̄tis ⁊ nūꝗ̄ habet
eſſe niſi in alio: q꞉ ip̄e dicit ꝙ ſicut eram⁹ cōpoſiti ex
duplici ſubſtātia. ſ. corpe ⁊ aīa ita fecit cibū duplicē
cōiūgendo pani ⁊ vino deitatē in ſp̄ūalē cibū ſꝫ pani
⁊ vino nō adiūgiť deitas niſi remaneāt ibi ſubſtātie
panis ⁊ vini g̃ accn̄tia ſūt in illis nō ſine ſubiecto vt
diciť in lr̄a. Itē dicit ph̄s ꝙ q̄nta fuerit ſupꝑficies tm̄ 100
albū eſſe dices ſed nos videm⁹ ibi tm̄ albū: g̃ q̄ꝫtitas
albi alicui⁹ ſupꝑficiei q̄ꝫtitate diffiniť: ergo eſt ibi ſuꝑ
ficies ſꝫ ſicut ſe habet albū ad ſuꝑficiē in dependētia
ſm̄ eſſe ita etiā ſe habet ſuꝑficies ad ſubſtantiā ergo ſi
cut albū nō eſt ſine ſuꝑficie ita ſuꝑficies nō ē ſine cor-
pore ⁊ ſubſtātia in q̄ ſit. Itē nō erit ens ꝑ accn̄s ni 110
ſi ſit ens ꝑ ſe ſed in ſacr̄o vt diciť in lr̄a nō eſt ad h̄ ens
ꝑ ſe: g̃ nihil erit ibi ens ꝑ accn̄s ſed eſt ibi ens ꝑ accn̄s
vt ꝓbat viſus ergo neceſſe eſt vt ſubſternať ei ens ꝑ
ſe qđ eſt ſubſtātia: g̃ accn̄s nō erit ibi ſine ſubiecto vt Solō'
videť. Si forte tu dicas ꝙ accidēs mutať in ſub- Obiectio.
ſtantiā: hoc ꝓbatur eſſe īpoſſibile multis modis. Et
primo quidē q꞉ dicit ph̄s ꝙ ex accn̄te īpoſſibile eſt fie
ri ſubſtātiā. Alio mō q꞉ ſi ex accn̄te fit ſubſtātia: aut
ſubſtātia in q̄ eſt accn̄s qđ videť in ſacr̄o: aut alia ſub
ſtātia: ſi ſubſtātia in q̄ eſt. ꝯtra accidēs qđ eſt in ſub-
ſtātia cauſať a ſubſtātia in q̄ eſt: ſi g̃ eſt cauſa exiſtēdi
ſubſtātia in q̄ eſt: g̃ accn̄s cauſa eſt cauſe q̄ cauſat ip̄m
qđ nō eſt intelligibile: ⁊ Aug⁹ negat h̄ in p̄mo de tri
nitate. q꞉ cauſatū nō eſt cauſa cauſe vt ſit ſed potius
ecōuerſo. Si aūt ꝯuertať in aliā ſubſtātiā ꝗ̄ ſit il- 120.
la in q̄ eſt: q̄rať que ſit illa ⁊ nō erit aſſigr̄e. Et p̄terea
tūc reſtat eadē q̄ſtio de iſtis accn̄tibꝫ q̄ adhuc manēt
ſine ſb̄a q̄m̄ nō ſūt in ſubſtātia in quā ꝯuertūť. Itē
ridiculoſū videť eſſe: q꞉ nihil ꝯuertiť in aliō eodē mō
manēs niſi p̄⁹ erat ſꝫ nos videm⁹ accn̄a ī ſacr̄o eodē
mō manere vt p̄⁹ erāt: g̃ ī ſb̄am nō ꝯuertūť accn̄tia.
Itē ſi ꝯūertāť ī ſb̄aꝫ ī quā ſb̄aꝫ ꝯuertūť: cū eñ in ſ̄.
dictis ptꝫ ꝙ nō ſint niſi due ſb̄e. ſ. pāis ⁊ vini ⁊ corpis
xp̄i in alterā haꝝ ꝯuertūť ꝯſtat aūt ꝙ nō ꝯuertūť in
ſb̄am panis ⁊ vini q꞉ ille ſubſtātie nō manēt ſed ī cor
pus ⁊ ſanguinē xp̄i trāſſubſtātianť: g̃ relinquiť ꝙ cō
uertunť in ſubſtantiā corpis xp̄i ⁊ h̄ abſurdū eſt: q꞉
corp⁹ xp̄i gl'ioſum nec albū nec rotundū eſt nec ſapo-
rem panis nec vini habet. Itē quibꝫ differunt ſpe 130
cies eiſdē differūt differētie ſꝫ ſubſtātia ⁊ accn̄s ſunt
due ſpecies entis vel genera: q꞉ de hoc non eſt vis: g̃
quibꝫ differūt ſubſtātia ⁊ accn̄s eiſdē differūt differē
tie ip̄oꝝ ſed ſubſtātia ⁊ accn̄s differunt ꝑ ſe ⁊ ꝑ eſſe in
alio: g̃ ⁊ differētie eoꝝ: g̃ eſſe in alio nō poteſt eſſe per
ſe vt videť cum nō ſit ſubſtātia ⁊ hoc eſt impoſſibile

vt iā ꝓbatū eſt: ḡ accidēs nō poteſt ſepari a ſubiecto.
Argu. ꝓmo hoc etiā alia via multipliciter ꝓbari pōt. ſ. ꝑ opatio-
nē accidentiū: duo em̄ ſunt in calore. ſ. eſſentia calo-
ris ꝛ opatio. ſ. calefacere: cōſtat aūt ꝙ calefaciēdi opa
tio nō cōuenit calori ꝑ ſe ſine ſubiecto extiti qḋ ꝓbat
ꝑ hoc qḋ dicit phs ꝙ nō agūt ad ſeinuicē niſi cōicantia
ſm naturā. Et hoc idē Boecius dicit in li. de duab
naturis in vna ꝑſona xpi. Cū igit opatio accidentiū
expſſe inueniat in ſacro: videt ꝙ ibi accidētia nō ſint
2º ſine ſubiecto. Item ad hoc ꝙ color agat in viſum
oportet ꝙ ſit actus lucidi ꝛ lux incorpata in ipo que
abſtrahit ipm ſʒ ſi nō ſit corp9 i ꝗ ſit color nō erit lux
icorpata abſtrahēs colorē: ḡ nō erit color viſibil' ſʒ in
ſacro ē color viſibil': ḡ ē ibi corp9 cui lux abſtrahēs ipʒ
3º incorpatur: ḡ nō eſt ſine ſubiecto ibi. Itē dicit phs
in pmo de aīa ꝙ recto inꝗtū rectū eſt multa accidūt
vt tangere eneā ſpherā in puncto: ſed tn̄ nunꝗ̄ tāget
hoc ſepatū rectū: ḡ ad hoc ꝙ accidēs habeat opatio-
nē ꝗ ꝑ ſe ei cōuenit optet ꝙ ſit in ſubiecto ſed acciden-
tia in ſacramento habent operationē propriā ſiue cō
4º uenientē ꝓprie nō ergo ſūt ibi ſine ſubiecto. Item
dicit phs ꝙ ſenſus ſit ſuſceptiuus ſpecierū ſenſibiliū
materia pſente: ergo ſi materia nō eſt pſens nec ſuſci
pit eas nec ille agent in ſenſum ſed ſpecies agunt in
5º ſenſum ergo ſunt in aliqua materia vt videt. Itē
ſenſus ꝓprie differūt: quia quidā apprehendunt de
longe/quidam nihil niſi ſpeciem in materia vt viſus
de longe: tactus autē ſpeciē in materia accipit ꝛ gu-
ſtus ſm ꝙ eſt quidam tactus ſed qḋ eſt in ſacramēto
6º imutat ꝛ guſtum ꝛ tactū: ergo eſt ibi ſpecies in mate
ria. Item dicit phs ꝙ tactus nō niſi corpoꝝ eſt: er-
go qḋ tangitur in ſacramēto eſt corpus non ergo eſt
7º accidens ſine ſubiecto. Item in hoc diſtinguūtur
ſenſus apprehenſiui de foris ꝛ de intus ꝙ interiores
accipiūt ſpecies ſine materia: de foris aūt nō niſi ma
teria pſente: ergo ꝗcquid accipit a ſenſu ꝗ eſt vis app
henſiua deforis eſt ſpecies in materia: ergo cū accipi
at id qḋ in ſacramēto apparet ipm erit ſpecies in ma
3ª via obijci- teria extnā nō ergo ē ibi accidēs ſine materia. Ter
tur pmo. tia via obijcit adhuc ꝑ putrefactionē ipaꝝ ſpecierū
ad ea ꝗ generant ex putrefactiōe eaꝝ ſpecierū: cōſtat
autē quia putrefactis illis que apparēt in ſacramen
to quecūꝗ̄ etiā illa ſint generant inde vermes: ver-
mis autē ex accidēte puro materialiter generari non
poteſt: ergo optet aliquā ſubſtantiā ibi ponere ꝗ pu-
2º trefacta conuertat in vermem. Item putrefactio
corruptio eſt cōſtat aūt ꝙ generatio ꝛ corruptio fiūt
a cauſis cōtrarijs: ergo non generāt nec corrūpūtur
niſi qḋ ſm ſui mutationē ſuſceptibile eſt contrarioꝝ
hoc aūt ꝓpriū eſt ſolius ſubſtātie vt dicat phs in pdi-
camētis ergo accidētis nō eſt generari ꝛ corrūpi vt
3º videtur. Item in ſex principijs dicit porretan9 de
forma accidentali ꝙ forma eſt compoſitioni contin-
gēs ſimplici ꝛ inuariabili eſſentia conſiſtens conſtat
aūt ꝙ hoc qḋ eſt inuariabile nec putrefit nec corrūpi
tur: ergo ſi accidētia ſunt ibi ſine ſubiecto: accidentia
nec putreſcūt nec corrūpūt qḋ eſt ꝯtra viſum: qꝛ nos
videmus ea corrumpi ergo nō ſunt ibi ſine ſubiecto.
Solo. Si forte tu dicas ꝙ deus corrūpit ea hoc ridiculo
Obiectio. ſum eſt: quia deus eſt cauſa exiſtētie rerū ꝛ ſi deſtruit
qḋ conſtruit ſm aplm Gal. 2. preuaricatorem ſe cō-
Arguit pº ſtituit ergo deus nō eſt cauſa ſed potius hoc accidit
ex ſubiecto in quo ſunt vt videtur. Sed cōtra hec
omnia diſputatur ſic: accidēs denominat ſubſtantiā
in qua eſt ſed accidētia nō denomināt corpus xpi: qꝛ
corpus xpi nō eſt album vel rotundū: nec ſubſtantiā
panis: quia illa tranſſubſtātiata eſt in corpus xpi: ḡ
nō denoīat aliquā ſubſtantiā: ergo ſunt ibi ſine ſubie
cto vt videt. Item in decreto diſt. pma de cōſecra 2º
torib9 oīa verba Ambroſij dicūt ꝙ ſunt ibi ſine ſubie
cto. Item hoc dicit hic in lra ḡ ita eſt. Itē nos vide 3º
mus ꝙ in hoc ſacramēto omnia ꝗ ſunt in eo accipiūt
ſtatum altiorē: trāſit em̄ corpus inaīatū in animatū
ꝛ nō glorioſum in glorioſum ꝛ nō diuinū in diuinū:
ergo ꝛ accidētia altiorē ſtatū debēt accipe: nō autem
altiorē accipiūt niſi ſm ꝙ ſunt ſine ſubiecto: ergo in
ſacramēto ſunt ſine ſubiecto. Item accidētia ma- 4º
nēt vt ducāt in aliud ſicut ſigna ſacramentalia ſed ſi
manet ꝓpria ſubſtantia accidentiū nō ducunt niſi in
illam ſubſtātiā ſubiecti: ḡ nō ducūt in refectionē ſpi-
ritualē corpis xpi ꝛ ſic euaneſceret vſus ſignoꝝ in ſa
cramēto cū igitur hoc ſit incōueniēs oportet ꝙ in ſa-
cramēto ſint ſine ſubiecto. Item nos videmus ꝙ 5º
ea que ſunt ſupra rationē ſicut articuli fidei nō pnt.
ꝓbari niſi ꝑ aliud qḋ eſt ſupra rationē ſubiectū ſenſui
ſicut articuli probati ſunt ꝑ operationē miraculoꝝ.
Cū igitur multa in hoc ſacramēto qḋ ꝛ dicit ſacra-
mentū fidei ſint ſupra rationē videt ꝙ congruentia
exigit ꝙ aliqḋ ſit in ipo ſubiectū ſenſui qḋ ſit ſupra ra
tionē hoc aūt nō pōt eē niſi ꝙ accidētia ſenſibilia ſint
ibi ſine ſubiecto: ergo accidētia debuerūt in hoc ſacro 6º
ſine ſubiecto remanere. Itē nō videt eē ipedimētū
ex pte operatiōis ſpecieꝝ accidētalium in ſenſu: qꝛ ſi
alicui cōuenit aliqḋ ꝑ ſe etiā ſepatim cōuenit illi ſicut
triangulo habere tres angulos eqles duob rectis
ꝛc. ſed imutatio ſenſuū cōuenit ſenſibilib ꝑ ſe ḡ etiā
ſenſibilib ſepatis cōuenit: ḡ licʒ ſint ſine ſubiecto tn̄
imutāt ſenſum ꝛ agūt in ipm. Itē ſenſus vt dicit 7º
cōmētator ſup lib. de aīa. ꝙ eſſe ſpūale ſuſcipit ſenſi-
bilia ſed ſepata magis ſūt ſm eſſe ſpūale ꝗ̄ꝫ qn̄ ſūt in
materia ꝛ ſubiecto: ḡ magis ſuſceptiu9 eſt ſenſus ſen
ſibiliū ſepatoꝝ ꝗ̄ꝫ coꝝ ꝗ ſūt in materia ḡ nō ē ipedimē
tū qn̄ ille forme ſentiri poſſint licʒ ſint ſepate a ſubie-
cto. Itē ponam9 ꝙ maneat forma in ſpeculo etiā 8º
nō pñte obiecto ꝛ appoſito aſpiciēte adhuc videbitur
forma illa ꝛ tn̄ nō eſt in materia: ḡ forma ſine mate-
ria bene poteſt ſenſum imutare. Item ꝙ in tertia 9º
via obijcitur videtur nullum preſtare impedimentū
ſicut enim iam habitum eſt qḋ alicui per ſe conuenit
ſemper ei conuenit: forme autem ille per ſe corrupti-
biles ſunt: ergo etiā ipis exiſtentib ſine ſubiecto cor-
ruptibiles erūt. Itē omni aſpiciēti ptʒ ad ſenſum 1º
ꝙ corrūpunt: ꝛ ꝓbo ꝙ non ꝑ miraculū: quia dicunt
Anſelmus ꝛ Chryſ. ꝙ ea que miraculoſe fiūt: fiunt
ſola diuina volūtate conſtat aūt ꝙ volūtas diuina ꝗ
eas produxit non corrumpit eas: ergo per naturam
7º alia virtute puta reſurgūt meliores. Jtē ꝑ ſequen-
tē penitētiā reuiuiſcūt merita priora: ḡ oīa aut q̄dā:
cōſtat ꝙ oīa ꝑ diſputationē priꝰ habitā/⁊ poſt ad-
dit̄ aliq̄d ꝓpter cōuerſionē poſteriorē/ ḡ ſemꝑ poſteri
us hʒ totū priꝰ ⁊ aliq̄d plꝰ/ ḡ poſterior charitas ſꝑ
8º eſt maior: ergo reſurgūt in maiori charitate. Jtem
Leuit. 7. vbi immolat̄ holocauſtū: dicit glo. Eque
placet deo virtus iuſtoꝝ ⁊ digna penitētia peccato-
rū q̄ reſtituit in ſtatū priſtinū delendo peccatū/ ſʒ nō
reſtitueret ī gradū priſtinū niſi eēt eq̄lis pnīa/ ḡ ⁊c̄.
9º Jtē Ezec. 18. Si impiꝰ egerit pnīaȝ ab oībꝫ iniq̄ta
tibꝰ ſuis q̄s opatꝰ eſt oīm iniq̄tatū ſuaꝝ nō recorda
bor/ſʒ ſi nocerēt iniquitates ad diminutionē gratie
priꝰ habite recordaret̄ deꝰ: qꝛ ſenſus eſt/ nō recorda
bor ad puniēdū pena damni vł pena ſenſus: ergo vi
det̄ ꝙ eq̄lis ꝟtꝰ cadētis ſurgēti reſtituit̄: ergo reſur
10 get in equali charitate ad minꝰ. Jtē Luc. 15. Dico
vobis gaudiū eſt ⁊c̄. Augꝰ Uidet̄ magꝭ eſſe iuſtifi-
care impios q̄ȝ iuſtos creare ⁊ cōſeruare. Cauſa au-
tē huiꝰ ab oībꝰ doctoribꝰ aſſentit̄ ⁊ ab Augu. qꝛ in
creatiōe nihil reſiſtit oꝑatiōi dei/in iuſtificatiōe im-
piꝫ reſiſtunt pctā: ergo etiā reſurgēti pctōri pctā reſi-
ſtūt: ergo indiget maiori virtute ad reſurgēdū q̄ȝ ſi iu
ſtus ꝑmanſiſſet. Cōſtat aūt ꝙ ei dat̄ totū quo indi-
get ad reſurgendū: ergo datur ei maior virtꝰ q̄ȝ ha-
buit anteq̄ȝ cecidit: ḡ reſurget in maiori ꝟtute q̄ȝ pri
11º us. Jtem deꝰ ſapiens ⁊ bonꝰ optime diſpoſuit de
p̄deſtinatꝭ/ſʒ optima diſpō eſt vt cū vocat̄ de hac vi-
ta qñ fuit in oppoſito ſtatu vite/ cōſtat aūt ꝙ multi p̄
deſtinati cadūt a iuſticia ⁊ iterū reſurgūt/⁊ tūc vocā
tur de hac vita: ergo vocāt̄ ī meliori ſtatu in q̄ vnq̄ȝ
fuerūt añ caſum/ſʒ nō pōt ſtatꝰ eſſe melior niſi reſur
gāt ī meliori charitate: ergo ⁊c̄. Et eadē ē rō de alijs
Solꝰ. cadētibꝫ/ergo ⁊c̄. Solꝰ/ hāc q̄ōnē determīat mgr̄
Hugo de ſan. vic. in li. de ſacris ſic dicēs: Certū eſt
q̄ cadit reſurgere pōt/ ⁊ nō ſolū reſurgere pōt/ ſʒ etiā
melior reſurgere q̄ȝ fuit qñ cecidit/ multi ceciderūt ⁊
meliores etiā reſurrexert̄ q̄ȝ fuiſſent ſi nō cecidiſſent
nō tñ vult mgr̄ Hugo ꝙ hoc ita ſit in oībꝰ. Uñ dicē
dū mihi videt̄ ꝙ pōt reſurgere melior ⁊ peior ⁊ eque
bonꝰ. Et hoꝝ ſignū facile eſt videre in reſurgētibꝰ/
q̄ qñq̄ȝ feruētiores qñq̄ȝ tepidiores ⁊ debiliores in-
Ad p̄mū in ueniūt̄ poſt q̄ȝ añ. Scdm̄ hec dicta debet rñderi ad
ꝑriū ſcdo lo obiecta ſecūdo loco inducta. Dōm igit̄ ad primū ſic
co inductū. ꝙ caſus cooperat̄ in bonū ꝑ accñs ⁊ nō ꝑ ſe: ⁊ hoc bo

nū nō ſemꝑ maior eſt virtꝰ ſʒ maior cautela ſtandi ⁊
maior deuotio in obſequio dei: ⁊ iſta poſſunt cōue-
nire etiam minori virtuti ſicut minor charitas qñq̄ȝ
magis feruet q̄ȝ maior/ſicut videmꝰ in nouitijs ⁊ ꝑ-
fectis viris. Ad aliud dicendū ꝙ nō notat̄ ſuꝑabū Ad 2m.
dare gratiā ſuꝑ p̄cedentē ſtatū aliquis ſʒ potiꝰ ſupra
poſſe pcti ⁊ hic nullꝰ eſt/ſicut ei oīa ſub pctō cōcluſa
erant/ita multomagis gr̄a liberans aperuit. Cōtin
git tñ aliqñ ꝙ abūdat gr̄a ⁊ ī magnis pctōribꝫ pluſ
q̄ȝ in alijs/ſʒ hoc ſemꝑ fieri nō eſt neceſſariū. Ad ali Ad 3m
ud dicendū ꝙ hoc nō intelligit̄ niſi q̄ ad viuificatio-
nē p̄cedentiū meritoꝝ ꝑ pnīam/nō aūt opꝫtet ꝙ ꝟtu-
tes in eadē quātitate reſtituant̄/⁊ hoc ideo eſt: quia
virtutes p̄habite nō manēt poſt caſū lʒ opa remane
ant in reputatiōe dei/ vt ſuꝑ diximꝰ/ ⁊ cū virtutes
eſſentiales maneāt in beatitudine nō pōt quātitas
beatitudinis eſſe ſm̄ virtutes p̄cedētes ſʒ potiꝰ ſm̄
ſequētes/ſʒ opa priꝰ facta ad meritū cōputāt̄/⁊ hoc
nō auget niſi ad premiū accidētale nō ſubale q̄ð attē
dit̄ ſm̄ quātitatē virtutū ⁊ charitatꝭ in ſubiecto ani-
me q̄ oīs accipiūt quantitatē charitatꝭ/ ⁊ ſic eēntia
liter in ipām btitudinē trāſibūt. Ad aliud dicendū Ad 4m
ꝙ plꝰ diligere dꝛ in maius ſignū dilectiōis vel ī ma
ius debitū/ſed nō ſequit̄ neceſſario ꝙ ille talis etiaȝ
habeat maiorē charitatē. Ad aliud dicendū ꝙ do- Ad 5m
minꝰ totā ſanitatē mentis ſimul reſtituit q̄ ad habi-
tū oīm virtutū: et hoc debet̄ iuſtificatiōi/ſed nō quo
ad quantitatē virtutū: qꝛ hoc nō debet̄ iuſtificatiōi
ſed potiꝰ ſequēti merito. Et iō dicit Augꝰ ꝙ chari-
tas data meret̄ augeri/⁊ aucta ꝑfici/ꝑfecta aūt dic̄:
Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Ad aliud dicendū ꝙ Ad 6m
nō opꝫtet ꝙ meliores efficiant̄ niſi in modo cuſtodie:
⁊ hoc ipm̄ nō eſt neceſſariū/ſʒ verū eſt ꝙ hec eſt inten
tio ꝑmittentis caſum q̄ð dicit mgr̄ Hugo/⁊ loquit̄
de ſigno intētōis/⁊ nō bn̄placiti: qꝛ frequent̄ aliter
accidit. Ad aliud dicendū ꝙ nō ſequit̄ ſi ſunt prudē Ad obiectō
tiores ꝙ habeāt maiorē prudētiā: qꝛ nihil ꝓhibet di nem.
uerſis de cauſis ꝑ minorē in eſſentia ꝟtutē eſſe ma-
gis in actu q̄ȝ ꝑ maiorē. ſ. ꝓpter maiorē intentionem
circa illā vel maiorē cōſuetudinē opis vł cōplexionē
magis ad actū eiꝰ inclinantē vł aliq̄d hmōi. Et iō
argumētatio illa nō valet. Ad aliud dōm ꝙ meri Ad 7m
ta operū priꝰ facta ꝑ ſequentē pnīam reuiuiſcūt ſm̄
eſſe in reputatiōe meriti/ſʒ nō opꝫtet ꝙ ſm̄ eādē vim
merendi vł quātitatē premiꝫ quā añ habebāt. Ad Ad 8m
aliud dōm ꝙ aliud eſt pnīa q̄ requirit̄ a nobis a deo
⁊ aliud digna pnīa: qꝛ digna penitētia eſt quā pec-
cator habet ex cōſideratiōe ſui caſus/⁊ ille plꝰ debet
q̄ȝ iuſtus ⁊ plus facit. Et ſicut cōſueuit vulgarit̄ di-
ci recuperat in ſillabis q̄ð amiſit in tꝑibꝰ. Uel dicat̄
ꝙ eque placet ad iuſtificationē ſʒ nō quātū ad quan
titatē charitatꝭ ⁊ virtutū/ tñ prior ſolutio eſt ſm̄ in- Ad 9m
tentionē gloſe. Ad aliud dicendū ꝙ deꝰ nō recorda
tur impietatꝭ priſtine quo ad illud cuiꝰ cauſa meri-
toria eſt impietas: hoc eſt inflictio pene: ſʒ ꝙ nō hʒ re
ſurgens tantas virtutes q̄ntas priꝰ/ hoc eſt ex mo-
do reſurgendi. ſ. qꝛ tepidꝰ ad gratie ſuſceptionē ſe p̄-
parauit/⁊ nō ex reſeruatione vel recordatiōe pctōꝝ
Si ei hoc eſſet ex pctīs/oīs homo in minori charita-
te reſurgeret/⁊ hoc non eſt verū. Ad aliud dōm ꝙ Ad 10m
charitas minima ſufficit ad ſurgere/ſʒ verū ē ꝙ qñ
ſurgit opꝫtet ꝙ ſit in maiori quodā feruore/⁊ hūc ſuf
ficit elicere minīa charitas/⁊ ñ oñdit reſurrectō ma
iorē habitū: ſʒ potiꝰ magꝭ poſſe in ope. Ad vltimū Ad 11m

dicendũ ꝙ nõ puto hoc eſſe verũ ꝙ omnis ſaluandꝯ moriat̃ in optimo ſtatu in quo fuit tempꝛe vite ſue: lꝫ hoc a magno audierint doctoꝛe q̃ volebãt ꝓbare q̃dam dictũ ꝑ illud Prouerb. iiij. Semita iuſti ẽ lux ſplendens ⁊ creſcens vſq; in perfectũ diẽ. Sed hoc non ſic intelligit̃: qḋ ſic pꝫ: q2 in eo ꝙ cadit non creſcit/ ſed potiꝯ intercipit̃ lux iuſticie p̄ſentis. vñ quantũ eſt de ſe creſcit: q2 charitas aut ꝑficit aut efficit ſed incremẽtũ eſt impeditũ ſm eũ qui iuſtꝯ eſt. Et ꝙ dicit̃ ꝙ deus optime diſponit de ſaluandis/ dicendũ ꝙ hoc eſt verũ quo ad cautelã ⁊ occaſionẽ intentõis ⁊ vt dictũ eſt ꝙ non reſurget in maioꝛi charitate eſt

Ad p̄ma obiecta in contrarium. preter intentionẽ dei ex tepiditate reſurgẽtis. Ad ea vero q̃ p̄mo inducta ſunt que vident̃ ꝓbare ꝙ reſurgat in minoꝛi charitate/ dõm ꝙ omẽs ille autoꝛitates inducte intelligunt̃ de minoꝛitate dignitatꝫ: ⁊ nõ de minoꝛitate virtutis. Et alia ſoluere planũ eſt/ huiꝯ aũt exemplũ eſt ꝙ epiſcopꝯ degradatꝯ ꝓpt̃ hereſim cõuerſus redit qñq; ad maioꝛẽ virtutẽ/ ſed nõ ad gradũ pꝛiſtine dignitatis/ nec hoc eſt verũ ꝙ ei q̃ habet maioꝛẽ virtutẽ det deꝯ maioꝛẽ dignitatẽ: q2 hoc impediunt notata in lr̃a. ſ. irregularitas ⁊ vt crimen pꝛiſtinũ magis timeat̃/ ⁊ vt alijs cauendi detur exemplũ/ ⁊ alia huiuſmodi.

Ar. XXXI. J2 **An ſit aliquod ſummũ malum ad qḋ poſſet deuenire.**

Einde queritur de hoc qḋ dicit ibi: [Etiam

d ſi ad ſummũ aliquis veniat ⁊c̃. ſ̃. b

Arg. ꝙ ſic Videt̃ ꝙ nõ ſit adhuc ſummũ malũ/ cũ em̃ malũ ſit pꝛiuatio boni nõ poteſt eſſe adhuc ſumme malũ niſi qḋ vniuerſaliter eſt bono pꝛiuatũ/ bonũ autẽ cum nõ ſit in genere (vt dicit phus) cõuertit̃ cum ente: g̊ illud ente erit pꝛiuatũ: ſed qḋ pꝛiuatũ ente nõ eſt: ergo ſummũ malũ nõ eſt.

2o Item hi qui ꝑ acceſſum et ꝑ receſſum ab vno ad vnũ recipiunt intentionẽ non eſt deuenire ad hoc ſummũ/ ſed malũ intendit̃ ꝑ receſſum a bono/ ergo nõ eſt in ipſo deuenire ad h̃ ſummũ: ergo nõ eſt ad hoc ſummũ malũ.

ꝓbatõ pꝛĩe Pꝛobatio pꝛime in quibꝯ nõ ponit̃ terminꝯ ad quẽ ſꝫ tm̃ a quo infinitus eſt motꝯ/ eo ꝙ motꝯ non finit̃ niſi qñ eſt ĩ moto eſſe/ ⁊ hoc eſt in termino ad quẽ/ ſed in compatiõibus que ſunt ſm receſſum ab vno/ ⁊ non ſm acceſſũ ad aliquid nõ ponit̃ terminus ad quẽ: ergo infinita eſt receſſio ſm ptãtem/ ſed eſſe ſummũ ponit terminũ/ ergo in talibꝯ nullũ eſt ſummũ

3o Item ſi aliq̃d eſt ſummũ malũ illud eſſet cõtrariũ ſummo bono/ ergo tantũ poſſet in malo quantũ ſummũ bonũ in bono/ ſed ſummũ bonũ põt cõſtituere om̃e ens/ ergo ſummũ malũ deſtrueret om̃e ens/ ſed hoc eſt falſum: pꝫ ergo ꝙ nihil eſt ſummũ malũ.

Solõ rñſiua ad oĩa obiecta Solõ dicendũ ꝙ nihil eſt ſumme malũ abſolute/ ſꝫ ſm actũ eſt aliquid ita malũ ꝙ nihil actu peius/ ⁊ hoc notat mgr̃ Hugo ⁊ Johãnes Chꝛiſoſtomꝯ. Summũ aũt malũ eſt duplex: ſcꝫ ſimplex ⁊ ſm ſtatũ ſimpliciter: vt demon quo nõ eſt aliquid peius. ſm ſtatum autem dupliciter ſcilꝫ cõparando ſtatũ ad ſtatũ/ ⁊ ſic ſumme mali ſunt damnati/ vel compãdo ſtatũ vniꝯ pſone ad ſtatũ alteriꝯ perſone in ſtatu vite/ ⁊ ſic dicimꝯ obſtinatos ⁊ impenitentes ſumme malos. Et de talibꝯ loquit̃ hic Chꝛiſoſtomꝯ.

Ar. XXXII. K2 **An mali poſſunt venire ad virtutem per penitentiam.**

Einde querit̃ de hoc qḋ d2 ibi [Et inde cum

d velit reuerti ad virtutis viam ⁊c̃. ſ̃. c Videtur hoc eſſe falſum in damnatꝫ demonibꝯ et animabꝫ ꝙ nõ velint redire ad virtutis viam/ videt̃ ꝑ hoc qḋ dicit Dyoniſiꝯ in libꝛo de diui. no. cap̃. iiij. dicens: Bonũ ⁊ optimũ cõcupiſcũt eſſe/ viuere ⁊ intelligere. Inde arguo ſic: Cuicunq; cõuenit bonũ et optimũ cõcupiſcere illi conuenit cõcupiſcere ꝑ ſe bonum/ per ſe aũt bonũ virtus eſt ⁊ virtutis via/ ergo cõcupiſcũt illam/ g̊ deꝯ deberet eos ſuſcipere ad penitentiã ſm ea que hic dicunt̃. Arg. p̄mo

Item omne cõcupiſcens eſſe ⁊ viuere cum ſapientia ⁊ deliberatiõe/ cõcupiſcit illud optimo modo ſibi poſſibili: q2 alit̃ eſſet vanũ deſideriũ qḋ phus reputat incõueniens in p̄mo ethicoꝝ/ ſed demones (vt dicit dyoniſiꝯ) cõcupiſcũt eſſe/ viuere ⁊ intelligere: ergo cõcupiſcunt illud optimo mõ q̃ põt eſſe ſm naturã: hoc aũt eſt ſm gratiam ⁊ gl'iam/ ergo cõcupiſcunt illud illis modis/ ſꝫ ſm gratiam cõcupiſcere nõ eſt ſine virtutis via/ ergo cõcupiſcentia virtutis via eſt: ergo debent recipi ad penitentiã. 2o

Si dicat̃ ꝙ nõ poſſint fugere malũ ⁊ ita non poſſint redire ad virtutes ſiue penitẽtie viam. Solõ

Contra ſi nõ poſſunt fugere malũ aut cauſa huius impenitentie erit extra eos aut in eis. Obiectio

Si extra eos tunc erit omnino violentia/ ergo nullo modo culpabilis ſm Damaſcem/ Gregom Nazanſem/ ⁊ phm/ ergo nõ eſt eis imputabilis/ ſed potius violentiã inferenti/ ſed extrinſecꝯ violentiã inferens nõ poteſt eſſe niſi deꝯ: ergo deus erit culpandꝯ pꝛo eo ꝙ non poſſunt ad bonũ cõuerti. Si aũt eſt cã intrinſeca illiꝯ obſtinatiõis nõ videt̃ poſſe eẽ niſi duplex/ vna. ſ. ꝑceptiue ꝙ non hñt vim ꝑceptiuã mali qḋ eis nociuũ eſt/ ſicut plantas non fugere leſionem: quia motũ etiam non percipiunt: aut quia percipiunt et fugere nolunt. Si pꝛimo mõ dicas ei accidere ꝯtra oẽ qḋ dat vim ꝑceptiuã nocumẽti dat ptãtẽ aliquã fugiẽdi illud/ hoc etiã pꝫ in his q̃ nõ mouẽt̃ ꝓceſſiue que tamen (vt dicit phus) pꝛeſente leſiuo conſtringunt̃ et pꝛeſente cõuenienti dilatant̃. Si ergo angeli ⁊ anime damnate habent vim ꝑceptiuã leſiui: ergo non erit inſufficiens: aut ipſa dedit eis poteſtatẽ fugiendi. Item melioꝛ eſt natura rationalis q̃; irrationalis: ſed natura irratiõalis ſenſibilis nunq̃; deſtituit̃ aliqua potentia fugiẽdi malum/ ergo nec natura rationalis/ ergo hec cauſa eſſe nõ poteſt. Videt̃ autem ꝙ nec ſecũda eſſe poſſit ſcꝫ ꝙ ſentiat ⁊ velit fugere. Omne enim qḋ voluntatẽ habet quã retrahere poteſt a malo hoc iam illo ⁊ hoc ⁊ illo poteſt remouere voluntatẽ vniuerſalit̃ a malo/ ſed damnatus quantumcũq; malũ facit vel velit poteſt nõ facere illud/ ergo poteſt voluntatem vniuerſalit̃ remouere a malo/ ⁊ ſic facit q̃ntũ in ſe eſt virtutẽ/ ergo redit q̃ntum in ſe eſt ad virtutis viam. Item libertas a coactione (vt dicunt ſcti) naturalis eſt et a nulla creatura rõnali ſeparat̃/ ſed hoc dinoſcit̃ ex hoc ꝙ nullum actũ facit libe. arbi. quin poſſit nõ facere eundẽ et cõuerti ad ſuum oppoſitũ/ ergo demones qui habẽt liberũ arbitriũ a coactione nullũ actũ faciunt quẽ nõ poſſunt dimittere ⁊ facere ſuum oppoſitũ/ ergo ſi velint malum poſſunt dimittere malũ ⁊ cõuerti ad bonum quantũ in ſe eſt/ ergo poſſunt reuerti ſuſcipere penitentiã. Si foꝛte dicas ꝙ deus nõ dat eis gratiam nec vult dare/ hoc om̃ino falſũ eſt/ cũ dicit Ancelinꝯ ꝙ iõ nõ habꝫ/ q2 nõ accipit: nõ q2 deꝯ nõ vult da

re: Solꝰ dõm ꝙ hic multi mlta opinanť qb⁹ ĩ nul
lo ꝓiudicãs nõ recedo a mea opinione q̃ notata eſt
in tertio ⁊ ſecũdo: ⁊ ẽ hec ꝙ cauſa obſtinatiõis dãna
torũ in malo dupl'r p̃t aſſignari: ſcʒ vna ꝑ ꝯgruẽtiã ⁊
illa eſt ꝑ modũ illũ q̃ legiſlatores ĩ ciuilib⁹ penas in-
fligũt: ⁊ ideo etiã ego cãm ex talib⁹ quero: ſcʒ iuſto iu
dicio dei qđ tolliť ſupra. Alia ex natura dãnati: ſcʒ
determinatio ſtatꝰ ⁊ volũtas perpetua peccãdi: na-
tura autẽ dãnati / aut eſt demonis / aut homĩs. Si
demonis tũc eſt malũ ſuũ cõtra deiformẽ intellectũ
eſſe: cuius nõ eſt perfici per ſpeculũ ⁊ enigma: ſʒ per
ea que ſunt creata in creatorẽ progredi: vt dic̃ Au-
gu. ⁊ Bern̄. in quĩto de cõſideratõe his verbis: Sa
ne ſcala ciues nõ egẽt: ſed exules ꝙ vidit ipſe huius
finẽ auctor qui dicit cũ diceret ꝙ inuiſibilia dei per
ea que facta ſunt intellecta cõſpiciũtur: ſignãter ꝟo
addidit a creatura mũdi. Et vere quidẽ opus nõ eſt
ſcala teneti ſoliũ creatura celi: illa preſto eſt his per
quod potius iſta intueatur: audit verbuʒ ⁊ in verbõ
facta per verbũ: nec opꝰ habet ex illis que facta ſunt
factoris noticiã mẽdicare: nec em̄ vt vel ipſa nouerit
ad illa deſcẽdit que in illo videt vbi lõge meliꝰ ſunt
q̃ʒ in ſeipſis vñ nec mediũ requirit ad ea corporis ſen
ſus / ipſa ſibi ſeipſam ſentiẽs optimũ vidẽdi genꝰ: ſi
nullius egens ad oẽ qđ libuerit te cõtentꝰ: huc uſqʒ
Bern̄. Dico igiť ꝙ talis intellectꝰ ſtatim eſt accipere
finẽ: vel deflecti ab ipa volũtarie: ⁊ ꝙ poſt finẽ nihil
eſt: iõ talis intellectꝰ hʒ aptitudinẽ ſtandi in fine ſta
tim vel recedendi ab ipſo qui receſſus eſt caſus volũ
tarius: aſſenſus vero intellectus ſtandi ẜm aptitu-
dinẽ naturalẽ deiformis intellectus eſt cõfirmatio.
Et ſic cõfirmatio in bono: vel obſtinatio in malo ſeq̃
tur ex iuſtitia cũ alijs circũſtãtibus ad idẽ. Vñ Au-
guſtinꝰ in lib. de mirabilib⁹ que eſt in irremediabili
vindicta: ſũmꝰ angelus ꝑcuſſus eſt cũ peccãs ⁊ mã-
datũ ſui cõditoris homo tranſgrediẽs venialiter ad
penitentiã poſtmodũ reuocetur. Angelus g̊ in ſum
mo honoris culmine cõſtitutus ĩmutatiõeʒ ad excel
lentiorẽ ſtatũ nõ habuit / niſi per cõtemplationẽ ſui
creatoris cõfirmatus in eo ſtatu ꝑmaneret: vbi con
ditꝰ fuit: ⁊ idcirco ꝓlapſus minime reuocari potuit
q̃ de ſublimiſſimo ſui ordinis ſtatu proruit. Ex his
pʒ q᷑ iuſtitia obſtinatõis aptitudinẽ ſeq̃tur nature
ipſius peccãtis. Si autẽ dãnatus eſt homo tunc ha
bet per multa media ire ad creatorẽ: ⁊ ideo cadẽs in
medio venialiter cadit rediẽs ad viam: ſed cadẽs in
termino vie vbi nõ ſunt plura media irremediabiliť
cadit: quia ſuũ malũ eſt tũc cõtra rationem: vt dicit
Dyoñ. quia cadit de vno in aliũ: ⁊ habet nõ ſcientiã
intuitiuã de creatore: ſed potius diſcurſiuã: vt dicit
Dyoñ. vnde Augꝰ. in eodẽ lib. Homo ad hoc ĩ ter-
ris poſitꝰ generãdi officio deſtinatus ciboꝝ vſui de
putatus vt incitatioreʒ ⁊ ſublimiorẽ ⁊ meliorẽ ⁊ ſpi-
ritualiorem vitã ſine morte reciperet ſi perſtetiſſet: et
ideo cũ cecidit non a ſũmo cecidit gradu ſui ordinis.
Scdm eſt determinatio ſtatꝰ: iuſtũ em̄ eſt omne qđ
natũ eſt ſuſcipe perfectionẽ aliquã vt determineť ſta
tus ⁊ tẽpus: ⁊ locus acquirendi illã: vel carẽdi illa:
ſi corruerit: ⁊ quia intellectꝰ deiformis decurſu nõ
indiget: ideo angelo ſtatus ille in momẽto vel hora
cõuerſiõis: vel auerſiõis eſt deputatus: ſed homini
per totũ tẽpus quo vtitur ſenſibus et haurit ea que
ſunt via ad creatorẽ: ⁊ ideo cõfirmatus angelus: vl'
obſtinatus efficitur poſt ꝯuerſionẽ ⁊ homo poſt mor

tem. vnde Apoc. 12. dicitur ꝙ locus eorũ ampliꝰ nõ
eſt inuẽtus in celo. Et pſ. Cũ accepero tẽpꝰ ego iu-
ſtitias iudicabo. Tertiũ eſt in malitia cõfirmatio ⁊
volũtas non redeũdi: ſed hoc ſequitur ex primis du
obus. Vnde Iſido. ĩ lib. de ſũmo bono. Vno ſuꝑbie
lapſu: cum deo per tumorẽ ſe cõmittunt: ⁊ homo ce
cidit ⁊ diabolus: ſʒ homo reuerſus ad penitẽtiã deũ
ſuperiorẽ ſe eſſe cognouit: diabolus vero nõ ſolũ in
hoc nõ cõtentus: quia deo equalẽ ſe eſtimãs cecidit:
inſuꝑ etiam ſuperiorẽ deo ſe tũc dicit ẜm apl'i dictũ:
qui ait: Auerſatur ⁊ extollitur ſuꝑ omne qđ dicitur
deus: aut qđ coliť. Diabolus igiť iã nõ appetit ve-
niam: quia nõ cõpungitur ad penitentiã. Ex hoc ac
cipitur qđ dictũ eſt ꝙ ante inſtituta cõdemnationis
ſequitur talem ſtatũ angeli ⁊ hominis. Auguſtinus
dicit de fide ad Petrũ ſic: Pars angelorũ que a ſuo
creatore deo q̃ ſolo bono beata fuit volũtaria ꝓrſus
auerſiõe diſceſſit eq̃tatꝫ ſũme initiũ iudicij ſue dãna-
tõis in ipa auerſiõe volũtatis inuenit: vt nõ eẽt aliđ
in opere iam puniri q̃ʒ illiꝰ beneficij inuenit dilectio
nem inſtitui quam deus in eterno ſic creato prece-
pit permanere ſupplicio: vt etiam ei ignem eternum
prepararet in quo illi preuaricatores angeli nec ma
la poſſunt voluntate carere / nec pena: ſed permanen
te in eis iniuſte auerſionis malo permaneat etiã iu-
ſte retributionis damnatio eterna: ex his videtur ſe
qui vlterius ꝙ mala voluntas que eſt in damnatis
nõ eſt eis pctm̄: tñ q᷑ eſt eis in ſuppliciũ ⁊ magꝫ ſup
pliciũ q̃ʒ pctm̄. Et ideo non videť q̃buſdã ꝙ non ag-
grauent penam dãmnationis eorum / niſi indirecte
quo ad vermẽ cõſcientie. Sunt autem ⁊ alie cõgru-
entie a ſanctis poſite: ⁊ a magiſtris collecte ſeptem
quare angelus irremediabiliter ſtatim cecidit. Pri-
ma eſt deſperatio que eſt Auguſtini ſuper geñ. ſic di
centis: Cur diabolus tam moleſtus eſt hominũ ſa-
luti: ⁊ hoc propter odiũ in creatorem ⁊ inuidiã in ho
minem ex deſperatione ſue ſalutis. Alia quia per ſe
peccauit: non alterius ſuaſu. Vnde Grego. in morã
lib⁹: Apoſtata angelus nulla ſpe vnq̃ʒ venie nulla
cõuerſionis emẽdatione reuocatur / nec vnq̃ʒ lumẽ
priſtini ſtatus recipit: quoniã hoc nõ ſuaſu amiſit ſic
illũ q̃ppe perpetrate cecitas ſuperbie grauat vt nũq̃ʒ
alteriꝰ ad lucẽ penitentie per diuini reſpectꝰ memo-
riam reſurgat. Tertia eſt quia cum nõ ſit aſſumpti
bilis non congruit ei habere reparatorẽ. Vnde An
celinꝰ in lib. Cur deus homo Diaboli recõciliatio-
nem impoſſibilẽ tunc etiam intelliges ſi diligenter
humanã cõſideres naturã: ſicut enim homo non po
tuit recõciliari niſi per hominẽ deũ qui mori poſſet:
per cuius iuſtitiã deo reſtitueretur: qđ peccatũ ho-
minis perdidit: ita angeli dãnati nõ poſſunt ſalua-
ri niſi per angelũ deũ qui mori poſſet: ⁊ qui per ſuã
iuſtitiam repararet qđ aliena peccata abſtulerũt: ⁊
ſic homo per aliũ hominem qui nõ eſſet eiuſdem ge-
neris: q̃ʒuis eſſet eiuſdem nature: nõ debuit releua
ri: ita nullus angelus per aliũ ſaluari potuit: q̃ʒuis
omnes ſint eiuſdẽ nature: q̃ʒuis non ſint eiuſdẽ ge-
neris: ſicut homĩes: nõ enim ſic ſunt oẽs angeli: de
vno angelo quemadmodũ omnes homines de vno
homĩe. Quarta eſt nulla infirmitas / nec grauãs
nec deprimens. Vnde Iſide. de ſũmo bono: Apoſta
te angeli iõ veniã nõ hñt: q᷑ carnal' infirmitatis nul
la infirmitate g̃uati ſunt vt peccẽt: hoĩes ꝙ̃ʒ pꝰ pctm̄
iccirco reuertũť ad veniã ꝓpter qđ ex lute a materia

pondus traxerūt infirmitatis:ideoqꝫ propter infir-
me carnis cōditionē redit⁹ patet homini ad ſalutē:
ſicut etiā pſ̄.102. Jpſe ſcit figmētū nrm̄ memēto do
mine ꝙ terra ſum⁹. Et iterū: Memorare q̄ ſit mea
Quinta ſuba. Quīta eſt perſpicuitas intelligētie:ſꝫ hec pri
us aliq̄liter tacta ē. Unde Dyoñ. Malū angeli eſt
cōtra deiformē intellectū eſſe:malū anime cōtra ra-
Sexta. tionē:ꝛ malū corꝑis cōtra naturā. Sexta eſt par
ticularitas lapſus:q2 nō tota lapſa eſt angelica na-
tura:hūana aūt tota lapſa eſt. Unde Aug⁹ in enh.
Placuit vniuerſitatis creatori ꝛ moderatori: quo-
niā nō tota multitudo angelorū deū deſerēdo perie-
rat vt ea q̄ perierat in ꝓpria perditiōe permaneret.
At vero quia creatura rōnalis que in hoībus erat/
quoniā peccatis atqꝫ ſupplicijs tota perierat:ex par
Septima. te reparari poterat. Septima ꝛ vltima eſt impu-
gnatio dei que deberet influere grām ꝯuerſionis:ꝛ
ideo nō recipit influentiā. Unde Aug⁹. ſuꝑ geñ. ad
litterā ꝙ putaꝛ nunqꝫ diabolus in veritate ſtetiſſe:
ſed ab ipſo ſue cōditionis initio cecidiſſe nō ſic accipi
endū eſt vt malus a bono deo puteꝛ creat⁹:alioqui
nō ab initio cecidiſſe putareꝛ:nec em̄ cecidit:ſi talis
eſt factus:ſed factus cōtinue ſe a luce veritatis auer
tit:ſuperbia tumidus:ꝛ ꝓprie poteſtatis delectatio-
ne corrupt⁹. Oibus cauſis his cōſideratis dicen
dū ꝙ p̄ma q̄ eſt quedā ꝯgruētia nature cauſa eſt q̊dā
modo ſecūde:ꝛ ſecūda eſt quodāmō cauſa ſiue diſpo
ſitio tertie:ex quibꝫ conficiꝛ iuſtitia cōfirmātis eū in
tali ſtatu vt redire non poſſit: vt peccatū ſuū ſit ſup-
Ad primū. pliciū qđ fuit faciēti peccatū ſicut dixim⁹. Ad pri
mū obiectū dicendū ꝙ bonū ꝛ optimū dupliciꝛ poſ-
ſūt cōſiderari ſiue accipi.ſ.ī gñe vl' extra gen⁹:extra
gen⁹ bonū ē abſolute bonū ꝛ optimū ē abſolute opti
mū qđ ē vnū ſolū:ꝛ h̄ nō cōcupiſcūt cōcupiſcētia ꝑfe-
cta:licet habeāt inſtinctū naturalē imꝑfectū ad hoc.
Si aūt accipiꝛ bonū ꝛ optimū in genere:bonū.ſ. na
turale:tūc hoc adhuc dupliciꝛ cōſideraꝛ:ſ.abſolute:
ꝛ ſic eſſe viuere ꝛ intelligere ſunt bona cōcupita a dā
natis:aut reſpectiue.ſ.ꝑ cōparationē ad penaꝫ:ꝛ ſic
meo iudicio nihil prohibet ea nō appeti prout vide-
licet talia bona ſunt ſub penis. Et ideo dicit Dyoñ.
inquantū ſunt bonū ꝛ optimū cōcupiſcūt:nō inquā
tū puniti ſunt:ꝛ ideo ptꝫ ꝙ illa ratio nihil valet:q2
Dyoñ. nō loquiꝛ de bono in genere boni vel virtutꝭ
vt dixim⁹:ꝛ ſi extendereꝛ adhuc eſt aliqua ꝯcupiſcē-
tia boni nō ꝑfecta:que nō eſt in eis niſi inq̄ntū ſunt:
ꝛ nō ſimpl'r:q2 ſimpliciꝛ nō habēt volūtatē niſi q̄ cō
Ad ſecūdū. petit eis ꝓut ſunt ſub penis ꝛ malitia. Ad aliđ di
cendū ꝙ ego neſcio bene videre q̄ ſit cā neceſſaria im-
mobilitatis mali damnatorū:vel impotentia fuge:
ſed tñ videꝛ mihi ꝙ cā ſit partim int⁹ ꝛ partim extra
int⁹ ſicut diſpoſitio eſt aptitudo nature a qua cadūt
ꝛ determinatio ſtat⁹ ī cui⁹ termino cadūt. Extra au
tē iuſtitia diuina cōfirmās in eo qđ finaliꝛ elegit dā
natus puta volūtatē. Et quātū ad hoc vltimū nō eſt
dubiū obſtinationē volūtatis magis hr̄e rōnē ſup-
Ad obiecti- plicij qꝫ peccati. Ad id qđ obijciꝛ ꝙ ſi extra eſt ꝙ ē
onē. violētia dicendū ꝙ hoc eſt verū ſi tm̄ eſt extra:ſed diſ
poſitiue meritorie eſt intra. Ad id qđ obijciꝛ ꝙ ſi ꝑ
cipit penas ꝛ nō fugit ꝛc̄. dicendū ꝙ dānati ꝑcipiūt
penas:ꝛ pena ꝑcepta dupliciꝛ cōſideraꝛ.ſ. inquātū
cōtraria eſt nature bone quā punit:ꝛ ſi ita tm̄ ſic con
ſidereꝛ ab eis:fugeret eā:q2 ſicut pri⁹ dictū eſt:quia
bonū ꝛ optimū inquantū ſunt cōcupiſcūt eſſe viuere
ꝛ intelligere ꝛ illi bono pena eſt cōtraria: dicēte Au
guſtino ꝙ pena nō eſt mala:niſi q2 cōtrariaꝛ nature
bone:ſꝫ q2 talis appetit⁹ ꝛ tal' cōſideratio nō eſt ꝑfe-
cta in ipſis:ſꝫ quaſi in potētia.ſ. in radice nature tm̄
ideo penā nō conſiderāt:niſi inquantū eſt iuſta ſeq-
la culpe. Et q2 īmobiliꝛ volūt culpā:ideo nō fugiēt
penā:ꝛ ideo ꝑ accidēs ſe habēt ad nō fugere penā.ſ.
inquantū eſt culpe colligata quā nō fugiūt: ſed poti
us proſequūtur ꝛ appetunt. Ad hoc qđ obijciꝛ ꝙ
deterioris cōditiōis ſunt qꝫ pecora:dicendū ꝙ in pe
coribꝫ nō eſt niſi inſtinct⁹ nature:ſed in demonibꝫ in
ſtinctus malitie cōfirmate: ꝛ ideo nō eſt cōparatio:
ſed ſi ſm naturā:hoc eſt ꝙ nō fugeret penā tunc vale
ret obiectio. Ad aliud dōm ꝙ malū ſemꝑ vult de Ad 3m
mon:ſed hoc malū vel illud nō oportet eū velle: vñ
in hoc notaꝛ obſtinatio ꝙ ex deliberatiōe ſemꝑ vult
malū:et non proprie cogiꝛ: q2 cauſa obſtinatōis nō
eſt extra tm̄ vt dictū eſt. Sed ſi poſſet vniuerſaliter
auerti a malo tūc ſeq̄reꝛ argumētū. Ad vltimū di
cendū ꝙ in veritate libertatē habet a coactōe:q2 nō
eſt coact⁹ ad malū:quia tūc eſſet cauſa tm̄ extrinſeca
ſꝫ intrinſeca vt dictū eſt:ꝛ ideo nūqꝫ ſequiꝛ iſtā par-
tē.ſ. bonū: q2 libertas infirma eſt ad bonū ꝛ corru-
pta per habitū deliberatū ad malū trahentē.

## An ad primū ſtatū ſit redit⁹ per pniam. Arti. XX- XIII.

L 2

Facit omnia q̄ten⁹ ad priorē ſtatū reuocet ꝛc̄.
f ſ̄.d Hoc non videꝛ verū: quia prior ſtatus Arguiꝛ ꝙ
eſt innocētie ꝛ ad illū nō eſt regreſſus per pe- nō primo
nitentiā. Si dicatur ꝙ reuocat ad priorē ſtatū quā- Solo.
tū ad imunitatē culpe:ſed nō quantū ad dignitatē.
Cōtra videmus ꝙ cū penitens reſurgit adhuc re Obiectio
manet in illo difficultas bene agēdi: ꝛ hoc eſt ex re-
liquijs peccati quas ante nō habuit:ergo per peni- 2o
tentiā priorē ſtatū nō omnino recipit. Jtē prior ſta
tus eſt ꝙ ſit expeditus ab bene operandū ſm omne
opus virtutis:ꝛ hoc nō poteſt eſſe niſi ex habitu per
fecto cuiuſlibet virtutis:ergo hoc nō eſt ex ſolius pe
nitētie vt videꝛ magiſter ſupponere in littera. So Sol'o
lutio dicendū ad hoc ꝙ penitētia in partib⁹ ſuis ha- ad totū
bet reſtituere in priſtinū ſtatū:ſcilicet in cōtritōe/cō
feſſione ꝛ ſatiſfactiōe:ꝛ precipue quo ad illā partē:q̄
eſt ſatiſfactio:quia illa ſupponit exercitiū operis ſm
quālibet virtutē imperatā a penitētia: ꝛ ſic ceſſat to-
tum quod obiectum eſt.

## An dauid debuit puniri ꝓpꝛ nūeratiōnē. Arti. XX- XIIII.

M 2

Grauiter poſtea deliquit in populo ꝛc̄. ſ̄. e
g Videꝛ ꝙ nō debuit puniri Dauid ipa enu-
meratiōe:quia plures fuerūt numeratiōes
ꝛ nō ſunt punite: vt Saul. I. Regū. 10. ꝛ. 2. paral'.
4. ſub Joran rege Juda. ꝛ. 3. Reg. 4. ſub Jeroboā.
Jtē cū Dauid numerādo peccauerit: ꝛ non popu- 2o
lus videtur iniuſtū ꝙ punitus eſt populus. So- Sol'o
lutio alij ex precepto domini numerauerūt vt moy ad primū
ſes:alij aūt propter expeditionē ad pugnā vt Saul
ſed Dauid numerauit propter ſuperbiā: ꝛ ideo pec- Ad ſecūdū.
cauit. Ad aliud dicendū ꝙ ipe eſt punitus ad oſtē
dendū habitudinē populi ad principē ſicut tot⁹ po-
pulus punitus eſt propter vnius peccatū:ſcꝫ achor
Joſue. 6. Unde Aug⁹ oſtēditur in ipſa pena Achor
q̄tū ſit bonū in populo ipſa vnitas vt nō in ſeipſis
ſingula:ſꝫ in toto partes eſtimētur. Vel dicatur et
melius ꝙ in populo ſuperbiuit ꝛ ideo in ipſo ſicut in
poſſeſſione punit⁹ eſt: ꝛ ſic pena ipſa redūdāt ī regē.

**Qđ pluribus irretitus peccatis non poteſt penitere de vno vere niſi de omnibus peniteat.**

Di. XV. ¶ T ſicut predictis au-
e ctoritatibus illorū error cōuincit:
qui penitentiā ſepius agendā nō
putant ⁊ ꝑ eā a lapſu peccātes frequēter ſur
gere diffitētur: ita eiſdē illorū opinio eliditur
qui pluribꝰ irretitū peccatis aſſerūt de vno
vere penitere: eiuſdēꝗ veniā a domino conſe
qui poſſe: ſine alteriꝰ penitētia. Qđ etiā au-
ctoritatibus aſtruere conātur. Ait enim pro
pheta: Non iudicabit deus bis in idipſum:
a vel vt alij trāſtulerūt. Non cōſurget duplex
tribulatio. Si ergo inquiunt illi: aliquis ſa-
cerdoti fuerit cōfeſſus vnū de duobꝰ vl' plu-
ribus peccatis: ⁊ de illo iniunctā ſibi penitē-
tiam a ſacerdote ſatiſfactionē expleuerit ce-
teris tacitis: nō pro illo peccato amplius iu-
dicandus eſt: de quo ſatiſfecit ad arbitriū ſa
cerdotis qui vicem chriſti in eccleſia gerit.
Ideoꝗ ſi de eo iterū iudicetur: bis in idipm
iudicat deus ⁊ conſurget duplex tribulatio.
Sed de his ergo oportet illud tm̄ intelligi
b qui preſentibus ſupplicijs cōmutātur in bo-
num: ⁊ ſic perſeuerāt: ſuper quos non cōſur-
get duplex tribulatio: qui vero inter flagel-
la duriores ⁊ deteriores fiunt vt pharao: pre
ſentibus eterna cōnectūt: vt tēporale ſuppli
ciū ſit eis eterne pene initiū. Unde Auguſti
nus: Ignis ſuccēſus eſt ⁊c. id eſt vīdicta dei
hic incipiet ⁊ ardebit vſꝗ ad extremā dānā-
tionē. Hoc contra illos notandū eſt qui di-
cunt illud: ſcʒ nō iudicabit deꝰ bis in idipm:
ad omnia pertinere flagella: quia quidā hic
flagellis emēdantur: alij hic ⁊ ineternū puni
c untur. Quinꝗ em̄ modis flagella cōtingūt:
vel vt iuſtis per patientiā merita augeātur
Job.1. vt Job: vel ad cuſtodiā virtutū ne ſuperbia
2.Cor.12. tēptet vt Paulo: vel ad corrigenda peccata
Nume.12. vt Marie lepra: vel ad gloriā dei vt de ceco
Joh.9. nato: vel ad iudiciū pene vt herodi quatinꝰ
Act.12. hic videatur quid in inferno ſequatur ſm illud:
Hiere.17. Duplici cōtritione cōtere eos domine. Illa
ergo auctoritas naum non cogit nos ſentire
omnia que tēporaliter puniūtur non vlteriꝰ
a deo punienda: nam ⁊ ſi ſuper eundē locum
Hierony. dicat egyptios ⁊ iſraelitas a deo
tēporaliter punitos ne ineternū punirētur:
non eſt tamē de omnibus generaliter intelli
Gen.17. gendū. Ait enim ſic: Qđ genus humanū di-
Gen.16. luuio: ſodomitas igne; egyptios mari: ⁊ iſra
elitas in heremo perdidit: ſcitote ideo tēpo Exo.14.
raliter pro peccatis puniſſe: ne ineternū pu- Nume.11.
niret: quia nō iudicabit deus bis in idipſum
Qui ergo puniti ſunt poſtea nō puniētur: alioqn
mētitur ſcriptura: qđ nephas eſt dicere.

An de vno peccato poteſt agi penitentia Arti .1.
alio peccato in delectatiōne retēto. B

¶ T ſicut in p̄dictis auctoritatibꝰ incipit ps
e illa in qua elidit errorē ſm hec. ſ. ꝙ de vno
peccato poſſit pnīa agi alio peccato in dele
ctatione retēto. Et diuiditur hec pars in du
as partes. In prima obijcit ex canōe ⁊ ſoluit. In ſe-
cūda obijcit ex dictis patrū: ⁊ ſoluit. Prima ps ſub
diuiditur i duas. ſ. in obiectionē ⁊ ſol'onē: ſcđa incipit
ibi: Sed de his oportet tm̄ intelligi. In capit'o iſto
tria facit: p̄mo errorē recitat: deinđ ꝓ errore illo au-
ctoritatē p̄mo inducit: tertio format obiectionē: hec
ſentētia eſt auctoritatis ⁊ hec patēt in littera.
Ncidit aūt hic queſtio an verū ſit qđ dicunt Arguitur pri
i illi: videtur ꝙ ſic: debita em̄ diuiſim cōtracta/ mo ꝙ ſic.
iuſte diuiſim ſolui poſſunt: peccata ſunt debi Probtio
ta diuiſim cōtracta ergo ⁊c. Ꝙ aūt peccata ſunt de- obiectiōis.
bita: ptʒ per id luc.7. Duo debitores erāt cuidā fe-
neratori. Et Mat.18. Dimiſit ei vniuerſū debitū.
Itē Matt.6. Dimitte nobis debita noſtra. Itē 2o
v. ethicoꝝ vult Ariſto. ꝙ iuſtitia vno modo licet nō
generaliter idē ſit: qđ cōtrapaſſio: ⁊ iuſtū cōtrapaſſū
ſicut dicit Plato. Ponamꝰ ergo ꝙ aliqs offende-
rit in decē: ⁊ in duobus cōtrapaſſus ſit per ſuſtinen
tiā pene: aut ergo deus cui debʒ illā ſatiſfactionē ex
qrit aut non: Si ſic: ergo iniuſte videtur ꝓcedere: qꝛ a
lege n̄ p̄cipitur: niſi q forefecit ꝯpatiatur. Si n̄ tūc habetur Solo.
ꝓpoſitū. Si forte dicas ꝙ iuſtitia dei exigit adhuc 3o
ſatiſfactionē: ſʒ nō iuſtitia humana: hoc nihil eſt: qꝛ
infinita ē iuſtitia dīna: ⁊ ſp miſcđia ſuperaltat iudi-
ciū cū igitur i tali caſu nihil exigit iuſtitia hūana videtur
multoplus ꝙ iuſticia diuina aliqd exigat vlteriꝰ ab
illo. Itē ſupra habitū eſt ex verbis Auguſt. in lib. 4o
de penitentia ꝙ cōſtat ei multū peccata diſplicere q
ſemꝑ p̄ſto eſt ea deſtruere: ergo ⁊ multomagis cōſtabit
hoc ſi oīno deſtruat quo deſtrui poſſet: ſʒ h̄ erit ſigil-
latim deſtruēdo ergo vꝛ ſigillatiʒ penitēs deſtruat pctā
Itē ſi aliqs laborat ex duobꝫ vl' tribꝫ morbis q di 5o
uerſas hn̄t cās ⁊ oppoſitas: medicꝰ expellit pericu-
loſiorē morbū alio dimiſſo vel etiā cōfirmato in ſub-
iecto. Cū igitur ſil'r ſit i morbis aīe: ſicut i morbis cor
poris vt dicūt ſcti videtur poſſe agi pnīa de vno pctō
alio i delectatiōe exiſtēte. Itē nullus rex vl' iꝑator 6o
iterū exigeret ab aliq cū ꝓ pte leſionis a vicario ſuo q
loco eiꝰ eſt cōdigna pnīa ipoſita fuiſſet: ſʒ cōſtat ꝙ ſa
cerdos eſt vicariꝰ dei i ꝯfeſſiōe ⁊ ſm auditū verā im-
ponit pnīam de duobꝫ vl' tribꝫ alijs tacitis: ergo iꝑator
ſummꝰ vlteriꝰ de his nō reqret pnīam. Si dicatur ꝙ
pctōr nō p̄t ſatiſfacere niſi in charitate ſatiſfaciat: et Solutio
qꝛ nō hʒ charitatē q de vno penitet: ⁊ de alio non: iō Obiectio
nō p̄t ſatiſfacere: ꝯ eccl'es.9. Nemo ſcit vtrū amore
vel odio dignꝰ ſit: ergo nullus ſcit vtrū ſatiſfaciat vl' nō
ergo tota die qlibet dʒ iterare pnīam ſuā ⁊ deſꝑare ꝙ ſa
tiſfacere nō poſſit: eo ꝙ hoc ſit penitꝰ ignoratū: ꝙ ſic
exigitur aliqd ad ſatiſfactionē: hoc aūt falſum eſt: ergo ⁊ h̄
ꝙ oportet aliquē ſatiſfacere i charitate. Itē Dan. 7o
4. Pctā tua elemoſynis redime: ꝯſtat aūt ꝙ daniel

quãdo dedit hoc cõsiliũ sciuit regē eſſe iniquũ: ergo iniquꝰ in pctō vno poteſt facere penitentiã de alio. Itē luc. 16. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: glo. Diuitie iniquitates dicũtur: qꝛ de iniquitatibꝫ ſunt collecte. Cõſtat autē ꝙ de talibus nõ poſſit fieri elemoſyna que faciat recipi in eterna tabernacula nõ retēta parte iniqui: de alia parte poſ-
60 ſet fieri eleẏna ꝛ ſatiſfactio: ḡ manēs in vno peccato pt̃ ſatiſfacere de alio. Itē pctã nõ habēt hmõi colligatõnē qlē hñt ꝟtutes: ſꝫ vnũqḋqꝫ diuiſim ab alio ſꝫ q̃cũqꝫ ſũt diuiſa abinuicē: hoꝝ vnũ pōt deſtrui alio nõ deſtructo: ergo vnũ peccatũ pōt deſtrui alio retē-
Decimo to: ſꝫ peccatũ deſtruit̃ tm̃ p ſatiſfactionē ergo de vno poteſt fieri ſatiſfactio alio retēto in volũtate ꝛc̃. Itē de virtute politica nõ eſt ſic ꝙ vna habita omnia vitia excludãtur: ergo videt̃ ꝙ hoc etiã nõ debeat eſſe virtutis theologice cũ deus ſalutē noſtrã deſiderãs
Solo iuuat oĩbus modis qbus homo iuuari poteſt. Si dicas ꝙ de virtute politica eſt hoc ꝙ qui habet vnã habec oẽs: ſicut dicit Iſiderꝰ ſicut notatũ eſt ſup tertio ꝙ hec fuit ſententia ſtoycoꝛũ: ꝛ Ariſto. in q̃rto eth. cũ dicit de magnanimitate ꝛ magnaĩo. Magnani-
Obiectio mus nihil p̃ue agit ₰m aliqḋ vitiũ. Si inquã ſic dicas: nihil eſt hoc ꝛ cõtra intētionē phoꝝ: qꝛ nõ attribuunt hoc virtuti ₰m ſuũ eſſe quo perficit ſuũ actum ꝓpriũ ꝛ eſſentialē ſibi: ſed potius ₰m maximũ ſuũ poſſe qḋ habet in ſubiecto. ꝛ ideo virtꝰ ₰m ſuũ eē pōt in eſſe ſubiecto ſaluato in eodē ſubiecto aliquo vitio qḋ nõ cõtrariat̃ illi virtuti: ꝛ ſic habet̃ ꝓpoſitũ vt videt̃.
In ɔtrariũ arguit̃ po. Sꝫ aũt ſit peſſimꝰ erroꝛ ꝛ anathematiſatꝰ ſic videt̃ ꝙ. 2. Coꝛ. 6. dicit apl's: Que cõuētio chꝛiſti ad belial: ergo nullã cõmunicationē habet chꝛiſtus ad coꝛ in q̄ habitat diabolus: ſꝫ qui eſt in vno peccato moꝛtali eſt inhabitatio diaboli: ergo nullã cõmunicationē habet cũ eo chꝛiſtꝰ ꝛc̃. ſed nullã talē ſatiſfactionē chꝛiſtꝰ accipit niſi cũ quo in gr̃a participat: ḡ talē ſa-
20 tiſfactionē nõ accipit xp̃s vt videt̃. Itē inimici hominis apud hoĩes durantibꝫ inimicitijs nõ accipit̃ ſatiſfactio ledētis: ſed q̄ eſt in peccato agit inimicitias
30 cõtra deũ ergo nõ recipit̃ eiꝰ ſatiſfactio ꝛc̃. Item Mat. 5. Si offers munꝰ tuũ ad altare ꝛc̃. ſed cõſtat ꝙ nõ ē minoꝛ cura deo vt hõ recõcilieẗ ſibi q̄ꝫ hoĩ ergo opoꝛtet priꝰ ĩ oĩbus recõciliari deo ꝛ poſtea accipiet̃ eiꝰ oblatio: ſed oblatiõĩs genꝰ quoddã eſt ſatiſfactio digna: ergo opoꝛtet priꝰ habere gratiã de omnibus peccatis anteq̄ꝫ ſatiſfactio ſit accepta: ſed nullus volũtate ꝑmanēs in vno habet gratiã ꝺ omnibꝫ ergo volũtate ꝑmanēs in vno habet gratiã de oĩbꝫ: ergo volũtate ꝑmanēs nõ poteſt ſatiſfacere de aliq̄.
40 Itē qui eſt in minimo pctō: vt dicit Augꝰ. non eſt dignꝰ niſi pena eterna: ergo nõ eſt dignꝰ vt ſatiſfactionis eiꝰ opꝰ accipiat̃: ꝛ non ſatiſfacit niſi ope deo accepto: ergo qui eſt in vno peccato nõ pōt ſatiſface-
50 re de alio. Itē ſine gratia nõ fit ſatiſfactio: ſꝫ gratia cõplectit̃ oẽs virtutes: ergo ſine oĩbus virtutibꝫ ſimul nõ eſt ſatiſfactio: ſed oppoſita nõ ſunt ſimul: ḡ cũ virtutibꝫ nõ poſſunt eſſe vitia oppoſita: ergo q̄ habet gratiã nõ habet aliqḋ peccatũ: ꝛ nullus ſatiſfacit niſi q̄ habet gr̃am: ergo q̄ ſatiſfacit nõ habet aliqḋ peccatũ: ergo a deſtructiõe cõſequētis q̄ habet aliqḋ
60 peccatũ nõ ſatiſfacit. Itē nõ ſatiſfacit q̄ nõ reſtituit deo qḋ ſuũ eſt: ſꝫ q̄ nõ reſtituit deo aĩam quã abſtulit nõ reſtituit deo qḋ ſuũ eſt: ergo nõ ſatiſfacit q̄ animã nõ reſtituit: ſed nõ reſtituit̃ aĩa q̄ꝫdiu manet voluntas peccati alicuius: ergo q̄ꝫdiu aliqḋ peccatũ eſt in volũtate nõ poteſt fieri ſatiſfactio. Itē ſit ita ꝙ ali- 70
quis ſatiſfaciat de vno peccato: alio in voluntate retento: aut iſte diligit creatoꝛē ſic debet aut non: Si nõ tũc non ſatiſfacit. Probatio luc. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Si ſic ergo omne qḋ diligit citra deũ diligit: ſed citra deũ diligendo omne quod diligit moꝛtali peccato diligit: ergo ille nihil moꝛtaliter diligit: ergo nullũ moꝛtale peccatũ manet in eius volũtate: ꝛ hoc eſt cõtra poſitũ: ergo impoſſibile eſt de vno ſatiſfacere alio in delectatõe retēto. Solutio hoc eſt cõcedendũ: quia Solo.
hoc eſt qḋ in pꝛioꝛi capitulo ꝓ opiniõe ponit̃ licet falſa tanq̄ꝫ fidei contrariũ eſt condēnandũ. Et reducit̃ in cõtrariũ illiꝰ articuli: Credo in ſpiritũſanctũ. ſ. eccle. catho. vel cõtra illũ: remiſſionē peccatoꝛũ. Ad Ad primũ
pꝛimũ autē dicendũ ꝙ licet debita peccatoꝛũ ſint diuiſim cõtracta quantũ ad ɔuerſionē ad bonũ cõmutabile ꝛ quãtũ ad actũ: tamē ɔueniũt in auerſiõe ab vno bono increato: ꝛ quo ad hoc habēt rationē offēſe ꝛ culpe: ꝛ ideo cũ auerſio illa maneat alio quotiēſcũq̄ꝫ peccato manēte nõ pt̃ hõ ſatiſfacere de vno alio retēto. Et ſimile huiꝰ eſt in offenſis hominũ: quia leſoꝛ nõ poteſt ſatiſfacere de leſiõe illa perdurãte in ledēte. licet eīn peccatoꝛ deũ ledere nõ poſſit tamē q̄ntũ eſt de ſe ledit. Ad hoc qḋ ꝓbatur ꝙ peccata debita ſunt dicendũ ꝙ debita humana ſunt duplicia: quedã eīn ſunt que volũtarie credũtur debitoꝛi: ꝛ talibus nulla eſt adiũcta offenſa: ꝛ hoc modo nõ dicũtur debita peccata. Quedã ſunt debita que oꝛiũtur ex leſiõe alicuiꝰ iniuſta / vel in perſona / vel in bonis vel ĩ honoꝛe: ꝛ talibꝫ eſt adiũcta offēſa leſi: ꝛ ideo nõ poteſt ſibi ſatiſfieri: niſi offenſa ceſſet: hec autē nõ ceſſat perdurãte illo in aliquo modo leſiõis: ꝛ talibus debitis aſſimilãtur peccata. Et ideo patet ꝙ ratio illa nõ valet. Ad aliud dicendũ ꝙ licet ₰m Platonē iuſtũ ſit idē qḋ ɔtra paſſum: ꝛ hoc in quibuſdã ſit verũ: ſicut in directiõe iniurie illate: vbi inferēs iniuriam compatitur tantum quãtum intulit tamen hoc iuſtũ ſupponit ceſſationē a leſione generalit̃. Et a leſione ſpirituali nõ ceſſat̃ q̄ꝫdiu durat voluntas peccati alicuiꝰ. Ad aliud dicendũ ꝙ iuſtitia hominũ etiã bene exigit ceſſationē a leſiõe vt iã patuit: ſꝫ alia debita quibus offenſa eius cuius debitoꝛes ſumus nõ eſt adiũcta: diuiſim ſolui poſſunt. Et illꝰ debitis in ſpiritualibus nõ ſunt ſimilia peccata: ſꝫ potius dona que donantur a deo: vt lucremur in eis ſicut dicitur Matt. 25. Ad aliud dicendũ ꝙ peccatũ veniale nõ deſtruit̃ in nobis ſine nobis: quia ſicut dicit Augꝰ: Qui creauit te ſine te: nõ iuſtificabit te ſine te: nõ aũt poteſt deſtrui: niſi per gratiã: cui repugnat volũtas auerſa a bono incõmutabili: ꝛ cũ illa maneat auerſa a bono incõmutabili: etiã ĩ vno ſolo peccato in delectatiõe retēto nõ poteſt deleri aliḋ peccatũ: cũ tamē deus in ſe ſemper paratꝰ ſit deſtruere q̄tienſcũq̄ꝫ nõ eſt ĩpedimētũ ex parte noſtra. Ad aliud dicēdũ ꝙ nõ eſt ſimile hinc inde de moꝛbis coꝛpoꝛalibus ꝛ ſpiritualibus: qꝛ moꝛbi coꝛpoꝛales nõ habent vnã cauſam: ſed ſpirituales habēt vnã: que eſt volũtas vel liberũ arbitriũ qḋ q̄ꝫdiu manet auerſum nõ eſt ſuſceptibile medicine: ꝛ ideo nullus moꝛbus ſpiritualis curatur in ip̃o. Ad aliud dicendũ ꝙ ſacerdos talē ad pniam nõ ſuſcipit niſi deceptꝰ: ſꝫ qḋ exhibet̃ a miſtro decepto hñ reuocat̃ iuſtitia regſ

Ad ꝓbationē obiectionis. — Ad ſecũdũ. — Ad 3m. — Ad quartũ — Ad quintũ — Ad ſextũ

ideo obiectio adducit̃ ꝓ ſimili illud qḋ nõ eſt ſil'e/ vel
falſum ſupponit̃ in illo.ſ. ꝙ ſatiſfactio nulla ſit quã
Ad obiecto ſuſcipit vicario decepto. Ad aliud dicendũ ꝙ licet
nem. homo nõ poſſit ſcire ſe habere charitatẽ ſciẽtia infal-
libili: põt tamẽ ſcire ſm ſcientiã ꝑ ſigna ꝓbabilia ac
ceptã: ⁊ hoc ſufficit ſicut ſepiꝰ ĩ hoc opere notatũ eſt.
Ad 7m Ad aliud dicendũ ꝙ Daniel nõ intẽdit vt rex ali-
quis in aliquo peccato ꝑduret: ſed potiꝰ vt vitã mu-
tet in meliꝰ ⁊ tũc elemoſynis redimeret penã pctõꝝ
Ad octauũ quã ꝓuiderat ſibi deberi ꝓpter peccatũ. Ad aliud
dicendũ ꝙ illiꝰ verbi ſentẽtia nõ eſt ꝙ pecunia ĩ ꝑte
retineat̃ que ex iniquo eſt acq̃ſita: ſʒ potiꝰ ſupponit
id qḋ eſt iuris poſitiui ⁊ cõmunis qḋ primo reſtitua
tur ablatũ: deinde de reſiduo qḋ iniquũ dr̃: qḋ iniq̃
id eſt auare cõtra paupes retẽtũ eſt: paupes ad ami
cos emãtur vt recipiãt benefactores ſuos in eterna
tabernacula: ſicut infra in eadẽ diſtinctiõe habebit̃
Ad nonũ in q̃ſtione de el'yna. Ad aliud dicẽdũ ꝙ peccata nõ
habẽt colligatõꝫ in aliq̃ ente poſitiuo ſic ꝙ ſit ⁊ habi-
tus/ vel radix/ vel aliquid hmõi: ſed tñ habẽt cõue-
nientiã in priuatiõe cõuerſiõis ad bonũ cõmutabi-
le: ex q̃ parte habẽt oĩa rationẽ peccati ⁊ mali ⁊ cul-
pe offenſiõis. Et cũ talis priuatio permaneat in eo
qui ꝑdurat in peccato/ manet ira dei ſuꝑ eũ: ⁊ iõ non
Ad decimũ eſt ꝑceptibilis gr̃e. Ad aliud dicendũ ꝙ ḋ ħ diuer
⁊ alia. ſi diuerſa ſentiũt. Et quantũ ad me ꝑtinet ego bene
puto ꝙ vna politicarũ habet̃ ſine alia: licet nõ q̃ ad
poſſe qḋ p̃t habere in ſubiecto ⁊ tũc dicẽdũ ꝙ nõ eſt
ſimile de politicis ⁊ infuſis: q2 infuſe intelligũtur vir-
tutes formate: que ſunt q̃ſi quedã virtuales partes
gratie gratũ faciẽtes: ⁊ ideo habẽt colligantiã ĩ gra-
tia ita ꝙ vna nõ habet̃ ſine alia. Et ideo etiã nll'a ibi
eſt q̃ʒdiu cõtrariũ alicuiꝰ virtutis eſt in ſubiecto: ſed
nõ eſt ſic de politicis: q2 ille ꝑ cõſuetudinẽ ⁊ experi-
mentũ generationẽ ſumũt ⁊ oꝑatiões actuũ diuiſe
ſunt: ⁊ ideo vna generat̃ ĩ anima: alia nõ generata.
Et per hoc pꝫ ſolutio ad duo ſequẽtia.

## An pro vno peccato poteſt conſurgere du-
Arti. II. B plex tribulatio.

Arguit̃ p̃o Einde querit̃ de illo qḋ dr̃ [Non cõſurget
d duplex tribulatio ⁊c̃.] s.a Videt̃ cõtrariũ
in pš.108. vbi dicit̃: Induat̃ ſicut dyploide cõ
fuſiõe ſua. Itẽ eccl'.11. error ⁊ tenebre pctõꝛibꝫ ꝯcrea
2o ta ſt̃. Itẽ ĩ pš.148. Ignis grãdo nix ⁊c̃. Sol'o
Sol'o dõm ꝙ duplex trib'latio ñ ꝯſurget ꝓ pctõ qḋ ſimpl'r
eſt vnũ: ſʒ qḋ ẽ vnũ ſubiecto ⁊ plurima deformitate:
vel ꝓ pluribꝫ pctĩs bene cõſurget duplex tribulatio
⁊ ſi peccati actꝰ ſit vnꝰ. Eſt ibi tñ libido ⁊ cõtemptꝰ
⁊ hmõi q̃bus aliud reſpõdet in penis. Vñ dicẽdũ ad
primũ ꝙ hoc nõ intelligit̃ rõne diuerſaꝝ penarũ de
bitaꝝ vni pctõ: ſed rõne duaꝝ partiũ ipſiꝰ peccãtis
q̃ ſunt corpꝰ ⁊ anima: q2 ſicut peccãs peccauit ĩ cor-
pore ⁊ aĩa: ita etiã punit̃ in vtroqꝫ. Ad aliud dicẽ
Ad primũ. dũ ꝙ hoc intelligit̃ rõne priuatiõis habitꝰ dirigẽtis
in bonis moribꝫ error eiꝰ eſt ĩ eligẽdo ⁊ tenebre in ꝓ
uidẽdo q̃d agẽdũ ſit. Ad aliud dõm ꝙ ille pene nõ
Ad ſecũdũ rñdent vni pctõ ſimpl'r: ſʒ pluribꝫ vl' pctõ qḋ vnũ eſt
ſbiecto ⁊ ml'ta deformitate.

## An pene q̃ cõmutãt in bonũ ⁊ iniungũtur
Arti. III. C in ſatiſfactione ſint iuſte an nõ.

Einde querit̃ de hoc quod dicitur. [Qui p̃-
d ſentibꝫ ſuppliciis cõmutantur in bonũ ⁊c̃.]
s.b Hic poteſt queri vtrũ pene ille excipiã-
tur q̃ cõmutãt in bonũ: ⁊ iniũgũtur in ſatiſfactione
ſint iuſte aut nõ. Videt̃ ꝙ iuſte: q2 dñs punit peccã- Arguit̃ p̃o
tes his penis ⁊ nullũ punit deus niſi iuſte: ergo iſte ad partẽ af
pene ſunt iuſte ⁊c̃. Itẽ iuſtũ eſt quãdo iudex reddit firmatiuã.
pro meritis: ſed meritũ culpe nõ poteſt eſſe niſi peni- 2o
tẽtia: ergo cũ illa infligit̃ peccatori iuſte fit ei: ergo ta
lis pena eſt iuſta. Sed cõtra mortali peccato debet̃ In ꝯriũ ar
pena eterna: ergo iniuſte punit̃: quãdo punit̃ pena guit̃ prĩo.
tẽporali. Itẽ ſi iuſte punit̃ peccator pena taxata: 2o
videt̃ iniuſtũ: ſi taxata conuertat̃ in maiorẽ: ſed hoc
non eſt iuſtũ: ergo iſta taxa non erit iuſta: probatio
medie ſi nõ ꝑficit penitẽs penitentiã iniunctã punit̃
in purgatorio q̃ grauior eſt pena. Solutio dicẽdũ Sol'o
ꝙ illa pena ſi eſt taxata iuſta eſt: quia tũc eſtimãtur
circũſtantie peccatoris: ſcꝫ deuotio/ volũtas ⁊ hmõi
⁊ circũſtãtie fori eccleſie militãtis que iuuat ⁊ alia ⁊
alia vnde cõcedẽde ſunt cõcluſiões primo inducte.
Ad id qḋ cõtra obiicit̃ dicẽdũ ꝙ mortali ſm ſe de- Ad obiecta
betur pena eterna: ſʒ mortali qḋ ex euẽtu ſequẽtis cõ in ꝯriũ.
punctõis ⁊ cõfeſſionis factum eſt veniale nõ debet̃
pena eterna: ſed tẽporalis. Ad aliud dicendũ ꝙ ꝑ Ad ſecũdũ.
accidẽs efficit̃ pena maior: ſcꝫ ꝓpt̃ ħ ꝙ mutãtur cir-
cũſtãtie penitẽtis: ⁊ circũſtãtie forma in qua penitet
Volũtaria eñ pena hic efficit̃ neceſſaria ibi: ⁊ iõ mi
noris virtutis in purgãdo: ⁊ iõ oportet ꝙ intendat̃
⁊ alie circũſtãtie minuãtur.

## An quinqꝫ modi quibus flagella contin-
gũt ſunt bene aſſignati ⁊ diſtincti. Arti. IIII. D

Einde eñ q̃rit̃ de hoc qḋ dr̃ [Quinqꝫ ei mo-
d dis flagella cõtigũt]. s.c Videt̃ ꝙ p̃mꝰ mo Arguit̃ p̃o
dus nullus ſit: quia ille nõ ſupponit pecca- de prĩo mõ
tum in flagellato: cũ dicat Hieronymꝰ Quicq̃d pa
timur peccata noſtra meruerũt. Itẽ Rom.8. ſu- 2o
per id: Diligẽtibus deũ omnia cooperãtur in bonũ
dicit gloſa: Mors ⁊ oĩa talia ex merito originalis
peccati procedũt: ergo ſine peccato nõ eſt aliq̃s mo-
dus flagelli iuſti vt videtur. Itẽ Iob.6. Vtinam 3o
appenderẽtur peccata mea ⁊c̃. ergo quicq̃d mali ſu-
ſtinemus ꝓ peccatis noſtris accidere manifeſtũ eſt.
Itẽ Grego. Nulla nocebit aduerſitas: ſi nll'a do 4o
minet̃ iniquitas. Itẽ Augꝰ: Iniuſtũ eſt creaturã 5o
rationalẽ ſine peccato puniri: ſed deꝰ nihil facit iniu
ſte: ergo nullũ punit niſi ꝓ peccato. Cõtra Iob.16 In ꝯriũ p̃o
Nec paſſus ſum abſqꝫ vlla iniquitate cũ mũdas ad
dñm habeo preces. Itẽ Iob.19. Videte ꝙ nõ ex 2o
equo iuditio deus me afflixerit: ⁊ flagellis ſuis me
cinxerit. Itẽ Grego. in glo. Iuſtꝰ cõditor tot ver- 3o
beribꝰ in beato Iob vicia illiꝰ nõ curauit extingue-
re: ſed merita augere. Itẽ Iob.19. Nec hic pecca- 4o
uit/ neqꝫ parẽtes eiꝰ: ſed vt manifeſtẽtur oꝑa dei in
illo. Ulteriꝰ obiicit̃ de ſecũdo mõ qui videt̃ ꝙ ille Obiicit̃ ſe-
nullus ſit: quia incitatio ad vitiũ nõ eſt cuſtodia vir cũdo de ſe-
tutis: ꝓuocatio aũt ad irã ſine cauſa eſt incitatio ad cũdo mõ.
vitiũ: ergo nõ eſt bona cuſtodia virtutũ: ſed prouoca
tur ad irã: qui ſine merito flagellatur: ergo eſt mala
cuſtodia virtutũ. Si dicas ꝙ hoc eſt ne ſuperbia
tẽptet. Cõtra Auguſtinus dicit ꝙ ſuperbia poſt om 2o
nes virtutes ſeuit: ergo etiã poſt penitentiã in tribu
latiõe: ergo nõ magis cauetur ſuperbia per tribula-
tionẽ q̃ʒ per aliũ modũ. Ulteriꝰ queritur de tertio Obiicitur
modo: Videt̃ eñ ꝙ nõ erit correctio peccati. Pecca tertio de ſe-
tũ eñ nõ corrigit̃ niſi gr̃a q̃ ſibi ꝯria eſt vl' v̄tute: ſed cũdo modo
pena nõ eſt ꝯria pctõ ẽ non corrigit̃ pctm̃ per penã.

2° Itē pena que corrigit peccatū: aut habꝫ hoc in q̄n
tū eſt pena: aut inquātū eſt volūtaria: aut inquātū
eſt inflicta: aut quātū ad duo illoꝝ: aut q̄ꝫtū ad oīa
tria. Si primo mō tūc in oībus modis corrigit pec-
catū: ⁊ ſic nullus modꝰ huius erit. Si ſcđo modo ḡ
vbi eſt maior volūtas: ibi eſſet maior correctio pecca
ti: ſed ad ſuauia opera virtutū ⁊ orōnū ⁊ hmōi/ma-
ior ⁊ ſuauior eſt volūtas: ergo magis ꝑ illa corrige
tur peccatū vt videt᷑: ḡ illud purgatiuū peccati ma-
le videret᷑ ꝑordinari a ſūma ſapiētia. Si quo ad ter
tiū hoc iterū nō poteſt ſtare: qꝛ in demōibus ⁊ dāna
Solᷓo tis pena ē inflicta ⁊ tamē nō corrigit peccatū. Si
dicas ꝙ quo ad duo: aut hoc erit qꝛ pena volūtaria
Obiectio aut qꝛ pena inflicta. Si primo mō cū hoc nō cauſet᷑
ab eo qđ eſt pena: ſed ab eo ꝙ eſt volūtaria: videt᷑ ꝙ
ea in q̄bus volūtas deuotior eſt/magis ſit correcti-
ua peccati: ⁊ illa ſunt actus virtutū: ⁊ alia deuotōis
opa: vt cōmuniter dicit᷑ ab oībus. Ulterius que-
Obijcit᷑ ꝑ- ritur de quarto mō quē tāgit qꝛ oīno videt᷑ eſſe ſine
mo đ quar ratiōe: gloria em̄ dei multis alijs modis ſine homi-
to modo nū nocumēto pōt manifeſtari: ergo videt᷑ ꝙ inutilis
2° ſit iſte. Itē videt᷑ eſſe quedā cōformitas ad mira-
cula demonis: qꝛ ſicut dicit᷑ in vita beati Bartholo
mei: demones prius ledebāt: ⁊ poſtea ceſſantes a le
ſione curātes videbant᷑: ⁊ ita videt᷑ hic eſſe: ergo iſte
Obijcit᷑ ꝑ- modꝰ nullus videtur. Similit᷑ querit᷑ de quīto:
mo đ q̄nto. qꝛ dicit Augꝰ in lib. de pnīa: Quicq̄d ꝑmiſit deꝰ pa
ti ſcias eſſe flagellū correctiōis: ſed Herodes patie-
batur: ergo ſua paſſio fuit flagellū correctiōis vt vi-
2° detur. Itē q̄ꝫdiu dat᷑ locꝰ correctōis ⁊ pnīe tā diu
debet differri cōdēnatiōis initiū: ſed ꝑ totā hāc vitā
dat᷑ hic locꝰ pnīe: ergo nō debet hic inchoari cōdem
natio: ergo nullus punit᷑ ante initiū: vl' guſtū ſue cō
In ꝯriū. dēnationis: ⁊ ſic q̄ntꝰ modꝰ nullus videt᷑ eſſe. Cō
tra hoc eſt qđ dicit᷑. 2. machab. 9. de antiocho puni-
to cū ꝑ penas humiliaret᷑ vt oraret: orauit aūt ſcele-
ſtus dn̄m a quo nō eēt miſericordiā ꝯſecuturꝰ: ḡ pe
2° na nō valuit ei ad emendā delicti. P̄ videt᷑ ꝙ tota
illa diuiſio ſit inſufficiēs: qꝛ alia dat᷑ que continetur
his verſibꝫ. Erudit vertit ꝓbat ⁊ letū facit artat. Cō
fortat ſaciat ꝯſumat ac deinc coronat. Erudit. Hie
re. 6. Per oē flagellū erudiēs hieruſalē vertit. i. con
uertit. pſ̄. 15. Multiplicate ſunt infirmitates eorū
poſtea accelerauerūt Probat eccl'i. 28. vaſa figuli ꝓ
bat fornax: hoīes vero iuſta tēptatio tribulatōis Le
tū facit Jacobi. 1. Omne gaudiū exiſtimate fratres/
cū in varias tēptatiōes incideritis. Artat. Eſa. 28.
Sola vexatio dat intellectū auditui. Cōfortat Job
6. Saluat manū ſuā ⁊ ſuccidat me ⁊ hec ſit mihi ꝯſo
latio: vt affligēs me dolore nō parcat. Satiat. i. fe-
cundat. Exo. 1. quāto magis egyptij opprimebāt fi-
lios iſrael tāto magis creſcebāt. Cōſumat Mat. 5.
Beati qui ꝑſecutionē patiunt᷑ ꝓpter iuſticiā ⁊c̄. Co-
ronat. 2. Coꝝ. 4. Id em̄ qđ in p̄ſenti eſt momenta-
neū ⁊ leue tribulatōis noſtre ſupra modū in ſublimi
Solᷓo tate eternū glorie pondꝰ opatur in nobis. Solᷓo
ad obiecta dicendū ad primū ꝙ peccatū eſt duplex: vt dicit Au
de primo. gu. ſ. nature ⁊ ꝑſone ⁊ ſine peccato nature nullus pa
titur nec etiā chriſtꝰ: ſed ſine peccato ꝑſone multi pu-
niti ſunt vt chriſtꝰ ⁊ Job ⁊ alij q̄dā: ⁊ ſic intelligūtur
Ad ſecūdū auctoritates ꝑmo inducte. Ad id qđ de ſecūdo mo
queſitū de do querit᷑ dicendū ꝙ omnis tribulatio inquātū hu-
ſcđo modo. miliat valet ad cuſtodiā virtutū: ⁊ quantū ad hoc li-
cet hoc verū ſit: tamē eſt quedā ſpēs tribulatōis que

oſtendit infirmitates homīs ⁊ vtilitates corporis: q̄
ſpecialē habet efficatiā humiliatiōis ſicut fuit tribu-
latio beati Pauli. ſ. ſtimulus carnis. Ad hoc ꝙ cō Ad ꝑmum
tra obijcit᷑ dicēdū ꝙ tribulatio nō eſt prouocatio ni-
ſi animi male diſpoſiti: ſcꝫ irati: ſed hic loquit᷑ Beda
de aīo trāquillo ⁊ animo ſapiētis: de quo probaue-
runt ph̄i ꝙ non cadit perturbatio in ſapientē: ⁊ ideo
virtꝰ que ſupponit᷑ in tribulato cauet perturbatio-
nem: ſed modus flagelli per ſe humiliatiuus ē. Ad Ad 2m
aliud dicendū ꝙ licet ſuperbia poſt omnes virtutes
ſeuiat: tamē poſt illā ſeuit minꝰ que reducit hominē
in actualē ſui ſtatus cognitionē: ⁊ ideo cōcludit fal-
ſum quantū eſt de ſe. Ad id qđ obijcit᷑ de tertio ꝙ Ad ꝑmum
in peccato duo ſunt: ſcꝫ ſubſtātia peccati ⁊ reatꝰ con qđ obijcit᷑
ſequēs peccatū: et peccatū quo ad ſubſtantiā ſui non de tertio
purgat᷑ niſi per gratiā: ſed reatꝰ qui eſt debitū pene
purgat᷑ ꝑ pene ſolutionē. Ad aliud dicendū ꝙ pe- Ad 2m.
ſūt fruct⁹ niſi ī futuro: hec aūt oꝑa facta poti⁹ aſſi/
milant̄ culture vel labori ad fruct⁹ ꝑcipiēdos ordia
to ſicut etiā Jacob⁹ dicit. Ecce agricola patiēter ex/
pectat fructū laboris ſui. Rn̄ſio ſicut etiā ſup̄ ha/ Sol'o
bitū eſt in antecedēti diſtinctiōe nō ſumit̄ h̄ fructus ad q̄ſtiunculā tertiā.
ꝓprie: ſed ſumit̄ ꝓ cauſa fructus que eſt cauſa fruitio
nis in futuro: dicunt̄ em̄ oꝑa penitētie fructus nō ꝙ
eis fruamur ꝓprie hic vel in futuro: ſed q2 cū gaudio
ſpei vtimur eis ad obtinendū id quo fruendū eſt: nec
idem eſt eſſe bonos fructus ⁊ dignos fruct⁹ pnīe: q2
omnis arbor.i. homo tenet̄ ad bonos fructus ⁊ di/
gnos fructus q̄ boni dicunt̄ a radice q̄ bona eſt qn̄ li.
arbi. virtute ⁊ gratia eſt informatū. Digni aūt fru/
ctus ſunt a ꝓportione fructus ad ſtatū arboris fru/
ctificātis: q2 alij digni ſunt layco alij clerico: alij p̄la/
to alij ſubdito ⁊ ſic ſ̄m differētias alias fructifican/
tium. Et hoc mō ſp̄ealis ſtatus ꝓportiōe habita ad
oꝑa penitētie dicunt̄ digni fruct⁹ hoīs qn̄ ſ̄m quali
tatē ⁊ q̄ꝫtitatē pcti eſt etiam q̄litas ⁊ q̄ꝫntitas pene.
Ad primū ergo dicendum ꝙ qualitas peccantis Ad obiectū in oppoſitū
hic attendit̄ cū qualitate pcti: q̄litas peccātis eſt libe
ra ſeruitus pcti: q2.ſ. nō coactus nec exactus: ſed li/
bere diabolo ſeruiuit in gaudio ⁊ hoc mō libere ⁊ cū
gaudio ſ̄uiat deo ī pnīa: q̄litas āt pcti ſ̄m formā pcti
in ſp̄ē ſ̄m ꝙ vnū eſt carnale ⁊ alteꝝ ſp̄ūale: ⁊ aliđ q̄ſi
mediū: ſic ira ⁊ auaricia ⁊ ita debꝫ eē ī pena corꝑali ⁊
ſp̄ūali ⁊ media ſic ieiuniū pena ē corꝑis: oro hūiliat
ſpm̄ ⁊ elemoſyna damnū infert rerū exterioꝝ. Ad Ad 2m
illud ḡ qđ cōtra obijcit̄ dicendū ꝙ nō rn̄det in ſpecie
delectationis: ſed potius in ſimilitudine ſubiecti de/
lectatiōis ⁊ pene.ſ. q2 vtrūq̄ꝫ eſt corꝑale q̄nq̄ꝫ ⁊ ſp̄ūa
le ⁊ mediū vt dictū eſt. Ad aliud dicendū ꝙ ſil'itu/ Ad 3m
do pōt attēdi dupl'r.ſ. in affectu ꝓximo ⁊ in affectu q̄
eſt cā ꝓximi affectus ⁊ in ꝓximo quidē nō pōt eſſe ſil'i
tudo: q2 vnus eſt libido ⁊ alter eſt charitas: ſꝫ in re/
moto hoc eſt ī volūtate bn̄ pōt eſſe ſil'itudo ⁊ etiā pl⁹
eſt in bono: q2 Aug⁹. dicit ꝙ charitas in infinitū pl⁹
diligit deū q̄ꝫ cupiditas auꝝ. Ad id qđ q̄rit̄ de q̄ꝫti Ad q̄ſtiūculā primā.
tate dicēdū ꝙ q̄ꝫtitas ē hic duplex.ſ. intēſiua ⁊ diſcre
ta. Una rn̄det magnitudini ⁊ altera nūeroſitati pec
catoꝝ: ſꝫ illa q̄ eſt intēſiua attēdit̄ ex m̄ltis tn̄ p̄cipuū
eſt ſp̄ēs pcti vel gen⁹: ſicut dicim⁹ in genere homici/
diū eſſe maius adulterio/ ⁊ adulteriū fornicatiōe ⁊ in
genere auariciā maiorē fornicatiōe: in ſpecie aūt ad/
ulteriū maius furto. Alia aūt q̄ꝫtitas eſt ex circūſtā/
tijs agētis ⁊ actus ex q̄b⁹ dicit̄ magnū pctm̄ ⁊ illi de
bet̄ maior pena q̄ꝫ minori ſicut pluries peccanti vel
vno genere pcti vel duobus plures pene vel vna di
uturnior debet̄. Ad id ergo qđ ꝯtra obijcit̄ dōm Ad obiectū ꝯ.q. primā.
ꝙ in genere vocat̄ q̄ꝫtitas vt dictū eſt ⁊ nō ſequit̄ qđ
infert: q2 pctā etiā in genere nō ſūt eq̄lia ſꝫ vnū mai⁹
⁊ alteꝝ min⁹ ⁊ iđ etiā pene erūt ineq̄les. Ad aliud Ad queſtiūculā ſcđam
dōm ꝙ q̄ꝫtitas ⁊ q̄litas fundant̄ in eodē: ſed nō ſunt
idē vt patꝫ ex p̄dictis: q2 q̄litas viciū eſt ex illa parte
q̄ trahit̄ in ſp̄ēm diſtictā vt carnale ſp̄ūale ⁊ hmōi: vl'
ſp̄eali⁹ adhuc vt fornicatio/ delectatio ſ̄m actū in for
nicatiōe ⁊ gula: delectatio ſ̄m actū in gula: ſed q̄nti/
tas accipit̄ ex q̄ꝫtitate ad totum.

Arti. XXII. Y

## An circūſtantie aggrauent peccatū.

c Onſideret q̄litatē criminis ī loco ⁊c̄.] Que
runt̄ aūt hic ad intelligētiā iſti⁹ loci ſex. Pri
mū vtrū iſta aggūāt pctm̄ q̄ dicit. ſcđm vtꝝ

aggrauāt relinquēdo actū in eadē ſpecie vel nouam
ſpeciē pcti ꝯferēdo. tertiū vtrū teneat̃ penitēs oīa iſta
ꝯfiteri ꝓut in ſingulis actib⁹ fuerūt. quarto vtrū te-
neat̃ ea reuoluere in ꝯtritiōe ⁊ ſatiſfactiōe. quīto q̄ ⁊
q̄t ſint iſte circūſtātie. ſexto ⁊ vltimo q̄ cōꝑatio ſit in-
ter eas. ſ. vtꝝ aliq̄ aggrauēt plus ⁊ alie min⁹ vel oēs
Argu. pmo aggrauēt equal'r. Ad primū hoꝝ obijcit̃ ſic: A qui
buſcūq; trahit̃ argumētū accuſatiōis rei vel defenſi-
onis in iudicio illa aggrauant vel accuſāt actū ꝓpter
quē reus vocat̃ ad iudiciū: ſꝫ a circūſtātijs trahūt̃ ar
gumēta hmōi: g̃ circūſtātie aggrauāt vl' excuſāt actū
rei ꝓpter quē iudicat̃: ſed ille actus pctm̄ eſt: g̃ circū-
ſtantie aggrauāt pctm̄. prima patꝫ ꝑ ſe. ſcōa ſcribit̃ a
Tullio in pmo rhetorice / vbi dicit ꝙ circūſtātie ſunt
a quib⁹ trahunt̃ argumēta accuſatiōis vel defenſio
2o nis ꝑſone ī iudicio. Itē q̄cūq; ſūt ꝯſtitutiue ꝑticule
in q̄b⁹ eſt act⁹ dāt actui formā mali vel boni ⁊ maio-
ris mali: ⁊ maioris boni. Prima hoꝝ iterū patꝫ ꝑ ſe
ſcōa ſcribit̃ a Damaſceno: ſingula ſūt q̄ dicūtur a rhe
tore ꝯſtitutiue ꝑticule: puta q̄s ſit q̄ fecit: q̄s eſt q̄ paſ
ſus eſt: q̄d fecit: quo. ſ. organo vbi. ſ. q̄ loco ⁊ hmōi.
3o Itē q̄cūq; ſunt q̄ queſtionē rhetoricā de laude vel
vitupio ꝑſone faciūt vel augēt bonū ⁊ malū in actu
ꝑſone: tales aūt ſunt circūſtātie: g̃ augēt bonū ⁊ ma-
lū in actu ꝑſone. pma ptꝫ ꝑ ſe. ſcōa aūt ſcribit̃ a Boe-
cio in. 4. topicoꝝ ſuoꝝ / vbi dicit ꝙ circūſtātie ſunt q̄
q̄ſtionē rhetoricā faciunt de laude vel vitupio ꝑſone.
4o Itē Eccs. 3. oīa tps habēt: g̃ ſuo tpe ſr̃ meliora: g̃
ꝯtraria eoꝝ illo tpe ſunt peiora: g̃ tēpus aggrauat.
5o ⁊ idē argumentū eſt de alijs. Itē Bernardus ad
Eugeniū: In ore ſecularis nuge nuge ſūt: ī ore vo ſa-
6o cerdotis nuge ſacrilegiū ſunt: g̃ circūſtātia ꝑſone ag
grauat: ſimil'r eſt de alijs. Itē Ezech. 8. aggrauat̃
multū ꝯtra iudeos: q2 idola in tēplo poſuerāt in tm̄
ꝙ tunc gloria dn̄i ſcribit̃ recedere de loco ſuo ⁊ non
ſcribit̃ hoc qn̄ colebāt ea alibi q̄ꝫ in tēplo: ergo etiam
7o locus aggrauat. Itē Eſa. 57: Iuxta me diſcoope
ruiſti ⁊ ſuſcepiſti adulterū quaſi diceret alibi fuiſſet
tolerabili⁹: g̃ videtur ꝙ ſimil'r oēs alie aggrauēt cir-
In ꝯriū po cūſtantie. Sed ꝯtra Aug⁹ dicit in ſcōo de li. arbi.
obijcit̃ pro ꝙ malum nō eſt niſi auerſio ab incōmutabili bono.
falſitate. conſtat aūt ꝙ priuatio nō intendit̃ niſi ꝑ receſſum ab
habitu: g̃ magis malū nō eſt niſi quia magis recedit
nō ergo ex circūſtantijs / ſed circūſtātie nō aggrauāt
niſi magis malū faciēdo: ergo videt̃ ꝙ circūſtātie nō
2o aggrauēt. Itē ꝯſtat ꝙ bonū cōmutabile bonū eſt:
ſed cōuerſio ad bonū nō eſt niſi bona: ergo conuerſio
ad bonū cōmutabile bonū eſt. Conſtat ꝙ oēs ille cir
cūſtantie ex illa ꝑte circūſtent actū q̄ fit conuerſio ad
cōmutabile bonū: g̃ nll'a eoꝝ facit maioritatē in actu
3o vel auget vt videt̃: g̃ nulla aggrauat pctm̄. Item
conſtat ꝙ malicia in actu defectus eſt: ergo nō cauſa
tur vel auget̃ ab aliquo poſitiue: ſed potius defecti-
ue. ſ. q2 deficit ibi aliq̄d eoꝝ que bonū facere vel auge
re deberent: cū ergo circūſtantie poſitiue cauſent q̄d
cauſant / ſicut locus tēpus ⁊ hmōi. videt̃ ꝙ nulla ea-
4o rū vel facit malū vel auget ipm. Itē ſicut dictum
eſt: malicia in actu defectus eſt: ſi ergo cauſat̃ a circū
ſtantijs cōſtat ꝙ plures ⁊ differētes cauſe plures ⁊
differētes effectus relinquūt: ſed in actu pcti ſūt plu
res differētes circūſtātie: g̃ plures ⁊ differētes relin-
quūt malicias: ergo q̄dlibet peccatū efficeret̃ tot pec
cata q̄t habet circūſtantias q̄d abſurdum eſt dicere.
5o Itē videt̃ ꝙ malū in actu grauari nō poſſit: nihil

em̄ efficit̃ grauius niſi q̄d recipit intentionē ⁊ priua
tionē: g̃ nō intendit̃. Prima ptꝫ ꝑ ſe. ſcōa ſic ꝓbatur
illud q̄d nihil eſt: nō eſt magis modo nihil q̄ꝫ prius.
priuatio aūt nihil eſt: ergo ꝯſtat ꝓpoſitū: g̃ circūſtan-
tie nō grauāt ipm vt videt̃. Sed ad hoc eſt abſq; Solo.
omni dubitatiōe dicendū ꝙ circūſtantie aggrauant
pctm̄: licꝫ em̄ nō faciāt bonū ī actu vel gratie vel vir
tutis politice: tn̄ faciūt et augent malū in actu: ⁊ fa-
ciūt etiā bonū ciuile legale q̄d ꝯſiderat iudex q̄ nō iu-
dicat de hitu ſꝫ de actu: ꝙ em̄ bonū grē nō faciāt ne-
mini dubiū ē qui nō eſt de Pelagij hereſi: q2 illō bo-
num ⁊ in habitu / ⁊ in actu a ſolo deo eſt. Qz itē nō
faciāt bonū virtutis politice neceſſario ptꝫ ex hoc q̄d
habet̃ in. 2. eth. vbi dicit̃ ꝙ non ſunt iuſti ⁊ caſti qui
operant̃ iuſta ⁊ caſta: ſed qui vt iuſti ⁊ caſti operant̃
iuſta ⁊ caſta: qui tn̄ ꝯſiderāt circūſtātias in quib⁹ eſt
actus. Qz autē faciūt malū: patꝫ quia vult phs ⁊ be-
atus Dionyſius ꝙ malū cauſat̃ ab omnib⁹ ꝑticula-
rib⁹ defectib⁹ ſiue in circūſtantijs actus ſiue in habi-
tibus ⁊ ſic ꝯſtant tria ꝑ ordinē q̄ premiſſa ſunt. Di Ad pmū q̄d
cendū g̃ ad primū ꝙ in malo duo ſunt. ſ. q2 malum ⁊ obijcit̃ in cō
q2 vitiū: ⁊ ratio mali tota eſt receſſio a bono: ſed quia trariū ꝓ fal
bonū perficit naturā ⁊ ſublata perfectione neceſſe eſt ſitate.
corrūpi id q̄d erat ꝑfectū iō ex conſequēti quaſi in cō-
paratiōe ad ſubiectū mali incidit viciū q̄d eſt corru-
ptio boni nature ⁊ naturaliū Et h̄ ē q̄d dicit Aug. ꝙ
malū eſt q2 nocet: nocet autē q2 adimit bonū: q2 niſi
tolleret̃ bonū: nec viciaret neq; corrūperet. Et ideo
auerſionē boni ſequit̃ neceſſario corruptio circūſtan-
tiarum: dico aūt auerſionē boni in actu: q2 de illo lo
quimur ⁊ hoc modo aggrauat̃ malū ex circūſtantijs
corruptis vt infra in ſolutiōe magis patebit. Ad Ad 2m
aliud dicendū ꝙ in veritate cōuerſio ad cōmutabile
bonū inq̄ꝫtum hmōi nō eſt mala ſicut ꝓbat Aug. ſed
talis cōuerſio que concipit auerſionē rōne defectus
modi ⁊ armonie debite ipi cōuerſioni eſt mala / verbi
gratia: cōuerſio vt ad finem boni cōmutabilis: cum
nō poſſunt eſſe duo fines: neceſſe eſt cōceptā eſſe auer
ſionem tali conuerſioni ⁊ incidit neceſſario defectus
debiti modi ⁊ armonie ſiue cōmēſuratiōis in tali cō
uerſione. Modus em̄ debitus hui⁹ cōuerſionis eſt
ꝙ in tali relatiōe ad finē fiat cōuerſio ad quē illud bo
nū ordinatur ⁊ ille modus deeſt: armonia autē ꝙ cir
ca deū vt leua ſit ſub capite ⁊ dextra amplexet̃ ⁊ illa
iterū deeſt: ⁊ ex h̄ defectu ꝯuerſio eſt mala ⁊ nō ex h̄
ꝙ eſt ad bonū cōmutabile. Cū autē ꝯuerſio illa cōce
pta ſit cū tali defectu q̄ eſt mal⁹: h̄ mō circūſtāt ipe cir
cūſtātie ⁊ nō inq̄ꝫtū eſt ꝯuerſio ſolū: ⁊ ideo aggrauāt
ipm malum. Ad aliud dicendū ꝙ a nulla poſitio- Ad 3m
ne cauſatur vel augetur malū per ſe: ſed per accidēs
ſicut etiā dicit Dionyſius ꝙ malū repugnat bono ꝑ
bonū in quo eſt. Dico aūt ꝑ aliud: quia talem ꝯuerſi
onē que eſt ad bonū conceptū cum malo augēt ⁊ ne-
ceſſario ex hoc incidit defectus turpior ex hoc ꝙ pri
uatur modus in loco vel tempore vel ꝑſona vel ali-
quo alio q̄d eſt circumſtantie perſone vel negocij ſui
actus. Ad aliud dicendum ꝙ non ſequitur ſi plu- Ad 4m
res circumſtantie ſunt in actu ꝙ plura faciunt pecca
ta vel mala: ſed potius ꝙ ex defectibus plurium cir-
cūſtantiarum in modo ⁊ armonia cauſabuntur plu
res deformitates in vno actu ⁊ hoc ego plane conce-
do ⁊ tale peccatum antiqui vocauerunt vnum pec-
catum multiplex vel duplex vel triplex vel in alio nu
mero deformitatum. Ad aliud dicendum ꝙ pri- Ad 5m

natio nō īntēdiꝶ eſſentialiter:quia nō eſt eſſentia aliq̄
ſed intēditur ꝑ receſſum ab habitu: ⁊ ſic malo peius
eſt:q̄ꝛ pluribꝫ vel plus elongaꝶ a bono. Ex aūt ita ſit
dicit Ariſto.in.4.ꝑme phie.loquēs ꝯtra eraclitū:q̄ꝛ
ſic ꝯcedit falſo eſſe falſius:ſic magis mentitur q̄ dicit
quinqꝫ eſſe mille q̄ꝫ ille qui dicit quinqꝫ eſſe ſex tunc
oporteret vnū ꝯcedere eſſe verū:ꝑ cuius receſſum di
catur falſius ⁊ falſum. Tn̄ ꝯtra iſtā ſolutionē obijci
pōt hoc qđ dicit Ancel.ꝙ ſcꝫ cecitas nō eſt magis ali
q̄d in lapide q̄ꝫ in hoīe nō vidente nec ecōuerſo: ꝯſtat
aūt ꝙ in lapide magis recedat (q̄ꝛ nō eſt natus habe
re) q̄ꝫ in hoīe q̄ natus eſt habere viſum: ḡ videtur ꝙ
maioꝛ vel minoꝛ receſſus nō cauſat intenſionē ⁊ re-
miſſionē in malo. Et ad h̄ dicēdū ꝙ ꝑuatio dupliciꝶ
ꝯſideraꝶ.ſ.ī ſe ⁊ ī cōꝑatōe ad cām ſuā quā hꝫ ꝑ accn̄s
⁊ ꝑmo q̄dē mō nō ītēdiꝶ neqꝫ remittiꝶ ſcđo autē mō
ītēdiꝶ ⁊ remittiꝶ. Cā aūt ꝑ accn̄s ꝑuatiōis ē id qđ cū
ſit neceſſario coincidit ꝑuatio:⁊ hoc videmus in coꝛ-
poꝛalibꝫ ſicut ſi ſit diuidēs venas q̄ dicūꝶ varices vl'
tibiam neceſſario coincidit claudicatio in greſſu ita
ſi talis ꝯuerſio ſit ad bonū cōmutabile eſt:neceſſario
coincidit defectus modi ⁊ armonie tā in circūſtanti-
bus actuū q̄ꝫ in ip̄o actu vt pꝛius dictū eſt ⁊ q̄ꝫto plꝰ
de talibꝫ eſt tanto plures coincidūt defoꝛmitates.

Arti.XXIII
A

## An circūſtantie aggrauēt pctm̄ relinquē do actum in eadem ſpecie.

Arg.pꝛimo ꝑ veritate.

Ecūdo q̄riꝶ vtꝝ aggrauāt reliquēdo actū in
eadē ſpecie vl' ſpeciē nouā pctī ꝯferēdo. videꝶ
aūt ꝙ nullā nouā ſpeciē ꝯferant:cōſtat aūt ꝙ
pꝛiuatio nō ſpecificaꝶ niſi ꝑ ſubiectū ⁊ habitū cuius
eſt:ſed oēs circūſtātie ſunt eiuſdē habitus ⁊ ſubiecti:
2º ergo oēs ille nō ꝯferūt niſi ſpeciē vnam. Item po-
tentius eſt bonū q̄ꝫ malū ⁊ bonū ex omnibꝫ circūſtā-
tijs ſuis nō cōfert niſi ſpeciē vnā:ḡ nec malū ex circū
3º ſtantijs ſuis nō ꝯfert niſi ſpeciē vnam. Itē inten-
ſio ⁊ remiſſio nō variāt ſpeciē:ſed circūſtantia nō niſi
intendit malū vel bonū in actu: ḡ nō variat ſpeciem
4º ſed relinq̄t eādē. Item extrinſecū eſſentie vt eſt ex-
trinſecū nullā cōfert ſpeciē:locus autē ⁊ tēpus ⁊ hu-
iuſmodi ſunt extrinſeca:ḡ nullā ſpeciē conferūt:ḡ nec
5º alie circūſtantie vt videꝶ. Itē accidētia nō variant
ſpeciē: circūſtātie ſunt accidētia actus: ḡ ſpeciē ip̄ius
nō variāt. Pꝛobaꝶ autē ſcđa ex hoc ꝙ circūſtātie loci
tꝑis ꝑſone ⁊ auxilij ⁊ oīm alioꝝ ſūt diuerſaꝝ actionū
eiuſdē ſpēi diuerſe ⁊ eadē ⁊ tn̄ nō ꝓpꝶ h̄ actiōes in ſpe
In ꝯtrīū ꝑº cie variātur. Sed ꝯtra h̄ dicit Dionyſiꝰ ꝙ malū
cauſaꝶ omnifariā:ḡ ex coꝛruptiōe cuiuſlibet circūſtā
tiaꝝ:ḡ cuiuſlibet circūſtātie coꝛruptio cauſat ſpeciem
2º mali ſingularē. Itē aliud eſſe cōferūt circūſtantie
actui:ꝯſtat aūt ꝙ nō ē nature:ergo moꝛis:ḡ ſꝫm eſſe
moꝛis conferūt ſpeciē:ergo aliqua coꝛruptiōe circū-
ſtantie ſpecialis erit nouū eſſe moꝛis: ḡ ⁊ noua ſpēs
3º pctī vt videꝶ. Item ꝯſtat ꝙ vnius ſpecie actus eſt
in natura ⁊ in ſpecie nature coire cū muliere: ſed ego
video ꝙ coire cū ſoluta facit vnā ſpeciē pctī:⁊ coire cū
cōiugata aliam:⁊ aliā iterū cum cōſanguinea ⁊ aliam
cum velata ⁊ illi actus nō differūt niſi ꝑ circūſtanti-
as vt videꝶ:ḡ circūſtantia aggrauat extra ſpeciē aliā
4º ſpeciē actu ꝯferēdo. Itē rapē q̄ddā pctm̄ ē ſimplex
rapē autē ſacrū vel a loco ſacro ſacrilegiū eſt. Cū igi-
tur rapē hincinde nō differat niſi ꝑ circūſtantiā:vi-
detur ꝙ circūſtātia aggrauat extra genus aliā ſpeciē
actui cōferēdo:q̄ꝛ hoc vocaꝶ aggrauare extra genus

aliā ſpeciē actui ꝯferre. Rn̄deo ꝙ nulla circūſtan- Solo.
tia ꝓpꝛie aggrauat aliā ſpeciē cōferēdo: eſſe ei ſubſtā
tiale actus moꝛalis ſꝫm ſpeciē eſt a fine voluntatis ſi-
cut em̄ dicit phs: Actus diffiniūtur ꝑ oppoſita.i.ob
iecta: ⁊ hoc intelligiꝶ de obiectis q̄ ſunt fines:licꝫ em̄
illud idem ſit materia circa quā eſt actus: tn̄ q̄ꝛ actꝰ
q̄ eſt circa obiectū illđ nō eſt potētie niſi foꝛmate a ſpe
tie obiecti q̄ꝛ accipit eſſe actus ip̄e a rōne ſubiecti ſꝫm
ꝙ eſt mouēs in intētione finis ꝓpter quē eſt actus: h̄
autē ex ip̄a noiatione pctōꝝ patꝫ:foꝛnicatio eſt dele-
ctatio ſꝫm actū in foꝛnicatrice:⁊ adulteriū in adulte-
ra vel cōiugata ⁊ auaricia in pecunia ⁊ ceteris hmōi
Circūſtātie autē ſunt ꝯferētes ſꝫm bene eſſe vel male
eſſe ꝑ modū paſſionis ip̄i actui ſiue ſint circūſtantie
ꝑſone ſiue negocij ⁊ ideo nulla confert ꝓpꝛie loquēdo
ſpeciē vel variat eandē. Dicendū ergo ad pꝛimū ꝙ Ad ꝑmū qđ
Dionyſius nō intelligit hoc de coꝛruptiōe circūſtan in cōtrariū
tiarū vl' omiſſione:q̄ꝛ bene quidē ꝯtingit ꝙ bonū mi obijciꝶ.
nus ē laudabile qn̄ nō eſt in ſuo tēpoꝛe vel loco ſed tn̄
ex hoc nō efficiꝶ malum ꝑ ſe vel ſpecies vicij vel pctī
moꝛtalis:ſed Dionyſius ītelligit hoc ſicut phs q̄ꝫtū
ad materiā circa quā eſt virtus. Eſt autē circa tria.ſ.
eligibilia ad opus ⁊ ipſum opus ⁊ circa paſſiones ſi
cut pꝛudētia eſt circa eligibilia ad opus oꝑabilia per
nos vt dicit phs.6.eth. Iuſticia autē circa oꝑatiōes
vt docet in q̄nto/⁊ tēperātia ⁊ foꝛtitudo circa paſſio-
nes vt doceꝶ in tertio. Cū igiꝶ circa tot ſit virtus ſꝑ
ip̄a ſubſtātialr̄ eſt mediū in eo circa qđ eſt licꝫ differē-
ter:ſed viciū nō eſt mediū:ſed extremū. Et q̄ꝛ omnifa
riā ꝯtingit declinare a medio in q̄cūqꝫ materia ⁊ nō
eſſe in medio niſi vno modo:ideo dicit ꝙ virtus eſt ex
vna tota ⁊ ſola cauſa ⁊ viciū omnifariā:q̄ꝛ mediū coꝛ
rumpiꝶ quacūqꝫ declinatiōe ad extremū:tn̄ ꝙ ſit me
diū nō habet a circūſtātijs ymo potius circūſtantie
cauſanꝶ ab eo qđ ſubſtantialr̄ mediū eſt ⁊ nō cōferūt
ideo aliud eſſe. Ad aliud dicendū ꝙ circūſtātie nō Ad 2m
conferūt eſſe pꝛimū ſed ſꝫm nō tn̄ ꝯferūt eſſe acciden-
tis ꝑ accidēs:ſed potius accidentis ꝑ ſe. Et q̄ꝛ ab eo
ꝙ eſt frequēter trahiꝶ q̄ſtio rhetoꝛica: iō faciūt q̄ſtio-
nē rhetoꝛicā ⁊ laudē vel vituperiū: ⁊ hoc eſt eſſe mo-
ris. Pꝛimū aūt eſſe hꝫ actus a ſpecie obiecti circa qđ
eſt que in quā ſpecies finis eſt operantis. Ad aliud Ad 3m
dicendū ꝙ coitus compatur duplr̄ ad potentiā.ſ.ge
neratiue que naturalis eſt:⁊ ſic ip̄e cū quacūqꝫ:ſit eſt
vnius ſpeciei: quia actus generatiue decidētis ſemē
ad ſalutē ſpeciei. Compatur etiā ad potētiā oꝛdinalē
ꝑ rationē/⁊ hec infoꝛmaꝶ multis ſpeciebꝫ diuerſoꝛū
ſubiectoꝛū ſicut delectabilitas ī foꝛnicatrice vel in cō
iugata/vel in maſculo/vel cōſanguineo:⁊ ſꝫm hc con-
fert nouū eſſe actui ſuo:⁊ ſic actus ille diuerſificatur
in ſpecie moꝛis q̄ꝫtū ad pꝛimū eſſe moꝛaliū actū. Et Obiectio.
ſi tu obijcias ꝙ nō videꝶ eſſe ſolū:q̄ꝛ ille nō delectaꝶ in
ꝯiugata vl' ꝯſanguiea vt ꝯſanguiea:ſꝫ ī mlr̄e vt mu
lier eſt. Dicendū ꝙ hoc eſt falſum: q̄ꝛ ſi delectareꝶ Solo
in muliere vt mulier eſt:in omni muliere delectareꝶ
qđ falſum eſt. vn̄ de licꝫ vellet nō eſſe cōſanguineā vel
ꝯiugatā tn̄ volūtas eſt delectandi in hac quā ſcit eſſe
cōiugatā vel conſanguineā:⁊ iō ꝑ ꝯſequēs eſt volun
tas delectādi in ꝯiugata vel ꝯſanguiea: q̄ꝛ aliter nul
lū peccatū erit voluntariū ⁊ nunq̄ꝫ eſſet volūtas ma
li:⁊ nos nō eſſemus cauſa mali ꝑ voluntatē q̄ oīa cō
tra ſctōs ſunt:⁊ in.3º etiā eth. optime ꝓbata. Ad Ad 4m
aliud dicendū ꝙ rapē de ſacro vel ſacra habet volun
tatē que eſt rapiendi de ſacro vel ſacra eodem modo

quo dictũ eſt de voluntate cõcũbẽdi cũ cõiugata/et
ſic illa ſpẽs mouẽs facit aliõ pctm̃:qꝛ nõ eſt ibi circũ
ſtãtia tm̃:ſꝫ finis ⁊ foꝛma dãs ſpẽm ⁊ eẽ actui.

Ar.XXIIII. An penitẽs tenet̃ cõfiteri oĩa peccata ſua
B2 ⁊ circumſtantias ſuas.

Tertio querit̃ vtrũ penitẽs oĩa iſta cõfiteri te
t neat̃ ꝓut in ſingulis actib⁹ ſunt/videt̃ ãt ꝙ
Arguit̃ p̊o. ſic:diſtricti⁹ em̃ eſt iudiciũ diuinũ q̃ꝫ hũanũ:
ſed ex ſingulis circũſtãtĳs accuſat̃ in iudicio hũano
ergo ex ſingulis circũſtãtĳs debet accuſari in iudi⸗
cio diuino:⁊ ip̃e eſt accuſatoꝛ ſui in cõfeſſiõe tãq̃ꝫ in
2o iudicio diuino:g̊ tenet̃ accuſare ſeip̃m. Itẽ q̃ntitas
mali ⁊ turpitudinis dꝫ innoteſcere ſacerdoti in con
feſſiõe/ſꝫ nõ põt innoteſcere niſi innoteſcãt oĩa aggͣ⸗
uantia:g̊ tenet̃ ea narrare cõfitens/ſꝫ oẽs circũſtan
tie aggrauãt vl' alleuiãt:g̊ oẽs illas enarrare tenet̃.
3o Itẽ in lr̃a videt̃ hoc dici ab Augu.exp̃ſſe hic:g̊ vi⸗
4o det̃ ꝙ tenet̃ ei oĩa cõfiteri. Itẽ Gen̄.19.p̄cipit̃ loth
vt egrediat̃ a ſodomis/⁊ adiũgit̃:vt nõ ſtet ĩ oĩ circa⸗
regiõe.Exponit̃ aũt cõiter ꝙ ſodoma ſignificat pec
catũ/⁊ circa regio occaſiões peccati ⁊ circũſtantias.
Cũ igit̃ pnĩa ſit via exeũdi ꝑ cõfeſſionẽ/ videt̃ ꝙ de⸗
beat ꝑ cõfeſſiõem exire a circũſtãtĳs eas cõfitendo:
In ꝯtrariũ Sꝫ cõtra canon dicit nõ cõfiteri debere niſi pctm̃:
p̊mo. g̊ circũſtantias nõ optet cõfiteri. Itẽ in pſ̄.Dixi cõ
2o fitebor pctm̃/nõ dicit circũſtantias pctĩ. Itẽ ſic ſũt
3o circũſtãtie pctm̃ aggrauãtes ita ſũt alleuiãtes:ſi er⸗
go circũſtãtie cõfitẽde ſũt vt ſciat̃ quantitas peccati
ita debẽt ꝯfiteri alleuiãtes ſicut aggrauãtes qđ fal
4o ſum eſt:g̊ nec aggrauãtes ſolũ debẽt cõfiteri. Iteꝫ
aliud eſt in iudicio hoĩm/⁊ aliđ in iudicio diuino:in
hoĩm em̃ iudicio circũſtãtie nõ querunt̃ niſi vt p̄ſũ⸗
ptio fiat iudici/qđ nõ eſt neceſſariũ in diuino/qm̃ te
ſtis eſt cõſcĩa apđ eũ q̃ loco dei eſt.ſ.ſacerdotẽ:cũ g̊ cõ
ſciẽtia ad cõuincendũ cõfitentẽ ſufficiat/ videt̃ ꝙ nõ
Solo. optet circũſtantias dicere in cõfeſſiõe. Rñdeo ſine
p̄iudicio ſm̃ antiquos doctores ꝙ nõ optet circũſtã
tias cõfiteri niſi q̃ trahũt in aliđ gen⁹ pctĩ/tñ ſecurũ
eſt etiã alias dicere/p̄cipue ſi remoꝛdet aliquẽ ꝯſcĩa:
ſed tñ dicũt ꝙ nõ tenet̃ ex p̄cepto:vñ dicere circũſtã⸗
tias que nõ trahũt in aliđ gen⁹ pctĩ eſt de bñ eſſe cõ⸗
feſſiõis:vtilitas aũt q̃ ex hoc eſt illa eſt quã dicũt:ſcꝫ
ꝙ ſicut ſupꝛa habitũ eſt/cõfeſſio ꝑ erubeſcẽtiã in ali⸗
quã ꝑtẽ pene ſatiſfacit: ⁊ ſepe cõtingit ꝙ hõ pl⁹ eru⸗
beſcit de circũſtãtia q̃ꝫ de pctõ:⁊ iđ bonũ eſt cõfiteri.
Alia etiã vtilitas eſt:qꝛ ſacerdos meli⁹ noſcit pecca
ti defoꝛmitatẽ/ ⁊ meli⁹ ſciet taxare pnĩam ⁊ ſatiſfa⸗
Ad p̊mũ ctionẽ.Tertia iterũ hũilitas maioꝛ penitentis. Di
cendũ g̊ ad pꝛimũ ſi in hũano iudicio fit mẽtio de cir
cũſtãtĳs/hoc nõ eſt ꝓpter diſtinctionẽ/ſꝫ poti⁹ ꝓpter
dubietatẽ iudicꝭ q̃ veritatẽ nõ nouit:⁊ nõ põt ei pre⸗
ſumptio fieri de q̃ꝫtitate malicie niſi ex circũſtãtĳs/
ſed ex cõfeſſiõe accuſando ſe manifeſtat ſe totũ peni⸗
Ad 2m tens/⁊ iđ circũſtantias q̃ſdã dicere nõ opoꝛtet. Ad
aliud dicendũ vt ſupꝛa dictũ eſt/q̃ntitas mali ⁊ tur
pitudĩs ſubalis nõ eſt ex circũſtãtĳs ſꝫ poti⁹ ex auer
ſiõe a bono incõmutabili/ſꝫ quedã turpitudo eſt ex
circũſtãtĳs:⁊ qꝛ accidẽtal' eſt nõ hꝫ pnĩam ꝓpꝛiã ſed
cõiũctã cũ pnĩa:⁊ iđ nõ optet eã ſingularit̃ ⁊ diſcre⸗
Ad 3m. te cõfiteri. Ad aliud dicendũ ꝙ Aug⁹ dicit iſta nõ
p̄cipiẽdo ſꝫ ad bonũ eſſe:nec dicit faciẽda eẽ ĩ ꝯfeſſiõe
Ad 4m ſꝫ poti⁹ in cõtritiõe inter ſe ⁊ deũ. Ad aliud dicen
dũ ꝙ exit⁹ de pctõ eſt in cõtritõe:⁊ hoc ſatꝭ bonũ eſt
ꝙ nõ variet in circũſtãtĳs:ſꝫ tñ eſt ꝯñs ꝙ q̃cũqꝫ exit
de pctõ exit de circũſtãtĳs/ſꝫ nõ cõuertit̃:⁊ iđ illud
nõ tangit niſi ꝙ ſit de bñ eſſe cõfeſſiõis.

An penitens teneat̃ reuoluere circũſtan⸗ Arti.XXV.
tias in cõtritiõe ⁊ ſatiſfactione. C2

Quarto q̃rit̃ vtrũ debet ea reuoluere in cõtri
q tiõe ⁊ ſatiſfactiõe/ videt̃ ꝙ ſic:qꝛ dicit in lr̃a Arguit̃ p̊o.
Cõſideret q̃litatẽ criminis in loco ⁊ tp̃e ⁊ ꝑ⸗
ſeuerantiã in varietate ꝑſone ⁊c̃.⁊ ita immoꝛet̃ ĩ ſin
gulis iſtis/⁊ ſentiat modũ criminis purgãs lachꝛy⸗
mis:deinde q̃litatẽ vitĳ:g̊ videt̃ ꝙ oĩa in cõtritione
reuoluere dꝫ. Itẽ cõtritio dr̃ ſimul tritio:eo ꝙ totũ 2o
delet pctm̃:circũſtãtia aũt aliq̃d pctĩ eſt:g̊ ip̃a eſt cõ⸗
terenda:ſed nõ cõterit̃ niſi act⁹ doloꝛis iteret̃ ſuꝑ eã
g̊ actu dꝫ penitẽs dolere de ſingul' circũſtãtĳs pctõ
rũ/⁊ nõ põt actu dolere de illis niſi in mente reuol⸗
uat:g̊ dꝫ mente reuoluere. Itẽ in his q̃ coꝛꝑalit̃ cõ⸗ 3o
terunt̃ ſuꝑ q̃ nõ reiterat̃ terẽs nõ cõfringunt̃:g̊ ĩ ſpi
ritualib' ſꝑ erit:qꝛ illud vbũ cõtritio a coꝛꝑalib' ad
ſpũalia trãſſumptũ eſt.Si g̊ doloꝛ q̃ cõterit ſuꝑ cir⸗
cũſtãtiã nõ reiteret̃/circũſtãtia pctĩ nõ cõterit̃:g̊ nec
remittit̃ vt videt̃:g̊ optet actualit̃ dolere de q̃libꝫ et
in cõtritõe reuoluere. Itẽ Eſa.14.Perdã babylo 4o
nis nomẽ ⁊ reliq̃as ⁊ ꝓgeniẽ ⁊ germẽ dicit dñs:cõ⸗
ſtat aũt ꝙ de ꝓgenie ſunt circũſtãtie:g̊ ſunt ꝑdende/
ſꝫ nõ ꝑdunt̃ niſi ꝑ cõtritionẽ:g̊ de eis dꝫ haberi con⸗
tritio:⁊ nõ p̄t haberi niſi reuocent̃ ad mentẽ:g̊ reuo
cari ad mentẽ debẽt vt videt̃. Eadẽ aũt rõne videt̃ 5o
poſſe ꝓbari ꝙ debeant reuocari ad mentẽ in ſatiſfa
ctiõe/⁊ alia rõe ꝓpꝛia tali:Sapiẽs medic⁹ in appõe
medicine actual'r aduertit diſpões moꝛbi:g̊ ſil'r h̄ fa
ciet medic⁹ ſpũalis/ſꝫ appõ medicine ſatiſfactio eſt:
g̊ actual'r in ſatiſfactõe dꝫ aduerti diſpõ moꝛbi ſpũa
lis/ſꝫ moꝛb⁹ ſpũalis pctm̃ eſt cui⁹ diſpõ eſt circũſtã⸗
tia:g̊ ſatiſfactio dꝫ aduertere pctĩ circũſtãtias. Itẽ 6o
q̃ñcũqꝫ vnũ ꝓpoꝛtionat̃ alteri neceſſe eſt aduertere
vtrũqꝫ ꝓpoꝛtionabiliũ/ſꝫ ſatiſfaciẽs op⁹ ſuũ ꝓpoꝛtio
nat ⁊ cõparat pctõ ⁊ circũſtãtie:g̊ neceſſe eſt ꝙ actua
liter recogitet pctm̃ ⁊ pctĩ circũſtãtias. Itẽ Beda 7o
Nõ ſanat oculũ qđ ſanat calcaneũ:ſꝫ ſatiſfactio ẽ de
q̃ loquit̃:g̊ alia ſatiſfactio neceſſaria eſt vni ⁊ alia al
teri pctõ:ſed in oĩ tali antidoto neceſſe eſt recogitare
id cui ꝯ̃ponit̃ antidotũ:g̊ neceſſe ẽ ſatiſfaciẽtẽ actua⸗
liter recogitare pctm̃ ⁊ circũſtãtias pctĩ. Sꝫ ĩ ꝯ̃riũ In ꝯtrariũ
hoc eſt ꝙ ſm̃ h̄ pauci cõpũgerent̃ ⁊ penitereñt:qꝛ pau pꝛimo
ciſſimi vident̃ hoc facere. Itẽ apl's dicit.1.Cor.6. 2o
Fugite foꝛnicationẽ:⁊ exponit̃ ꝙ etiã fugiat̃ ne cogi
tet̃:qꝛ mouet cogitatũ:g̊ in cogitatiõe nõ dꝫ reuoca
ri ad mentẽ vt videt̃. Itẽ Auicẽna dicit ꝙ ſpẽs de 3o
lectabil' coꝛꝑalis etiã q̃ñqꝫ remiſcentẽ mouet:ſꝫ mo⸗
tus ille ad illicitũ eſt:g̊ fugiẽd⁹/ergo ⁊ eã fugienda.
Eã aũt eſt cogitatio: ergo cogitatio talis fugiẽda ẽ:
ergo nõ oẽ pctm̃ in cõtritiõe vl' ſatiſfactiõe ad memo
riã reuocandũ eſt. Itẽ a ſil'i ꝓbant hoc q̃dã:videm⁹
em̃ pomũ granatũ vel aliud integrũ nõ mouere ap⸗ 4o
petitũ vl' intellectũ/ſꝫ ſi diuidat̃ mouebit:ergo a ſil'i
pctm̃ in vl'i ad memoꝛiã reuocãdũ eſt/ſꝫ nõ diuiſim
ꝑ ſingl'as circũſtãtias:qꝛ ſic moueret ad illicitũ Re Solo.
ſpõdeo ꝙ nõ tenet̃ ad ſꝑ/lꝫ bonũ ſit q̃ñqꝫ reuoluere
circũſtãtias bñ credo ꝙ in cõtritõe q̃ pꝛio delet pctã
ꝓpter hoc ꝙ illã optet eſſe vl'em tenet̃ reuoluere ⁊ cõ
fiteri ea oĩa de q̃b' recoꝛdat̃:ſꝫ nõ circũſtãtias niſi il
las q̃ trahũt in aliud gen⁹ q̃ etiã circũſtãtie ꝓpꝛie nõ

Ad primū. ſūt vt ſupra dictū eſt. Ad pmū ergo dōm ē ꝙ aug⁹
cōſulit hoc ad cōpunctionē excitādā: qꝛ quātitatꝭ cō
ſideratio facit vehemēti⁹ cōpūgi ꝛ acri⁹ dolere: ꝛ nō
Ad 2m dicit hoc iō ꝙ teneaꝛ penitēs ad illa. Ad aliud di-
cendū ꝙ iō dꝛ cōtritio qꝛ duoꝝ eſt. ſ. grē ꝛ doloris a
libero arbitrio ꝓcedētis vel doloris ſenſibil' ꝛ rōna
lis: vel qꝛ de oībꝫ ſimul pctīs q̄ ſunt in memoria/ ſꝫ
nō oportet ꝙ ſit de oībꝫ circūſtātijs niſi q̄tū ad bene
Ad 3m eſſe cōtritiōis. ſ. vt ſit feruentior ꝛ deuotior. Ad ali
ud dōm ꝙ verū eſt in his q̄ corpalit' ꝯterunꝛ: qꝛ illa
ſunt ſucceſſiue cōtrita. Pctā aūt ſimul cōterunꝛ in
vno momēto infuſiōis grē: ꝛ iō impoſſibile ē vt tūc
oīa ſint ſigillatim cogitata/ ſꝫ in vli: ꝛ idō tunc circū-
ſtantie cōterunꝛ in ipſis/ ꝛ nō oportet vt ſigillatim
Ad 4m. ad memoriā actualē reuocenꝛ. Ad aliud dicendū
ꝙ totū pdiꝛ germen babylonis p grē infuſionē ſꝫ nō
totū actual'r cogitare neceſſe eſt: qꝛ quedā etiā ſunt
ignorata q̄ tn̄ ibi remittunꝛ. Et rō h⁹ vlis pditiōis
ꝛ cōtritiōis iam dicta eſt. ſ. ꝙ dolor eſt de oīb⁹ in vli
Ad 5m. lꝫ nō ſigillatim ꝛ in pticulari. Ad hoc qꝺ obijciꝛ de
ſatiſfactōe/ dōm ꝙ nō ſp oꝑtet actual'r aduertere: qꝛ
penitens nō eſt medic⁹ ſꝫ poti⁹ ſacerdos/ ꝛ ille in cō-
feſſiōe diſcernit genera morboꝝ: ſꝫ ſicut medic⁹ non
q̄rit oīa accidētia morbi: ſꝫ tm̄ cauſas ꝑiculoſas/ ita
etiā nec medic⁹ ſpūalis q̄rit accidētales circūſtātias
Ad 6m ſed tm̄ trahētes in aliud gen⁹. Ad aliud dōm ꝙ nō
ſingulis pctīs ꝛ circūſtātijs ꝓportionaꝛ ſatiſfactio:
qꝛ impoſſibile eſſet ꝙ penitēs hoc ſuſtineret/ ſꝫ radi-
cib⁹ pctōꝝ ſicut in pcedenti diſtinctōe habitū ē. Si
eī radicatū eſt peccatū in carne iniungit affligētia
carnē. Si aūt in bonis fortune iniūgit elꝫynam/ ꝛ ſic
de alijs: ꝛ ſic nō oꝑtet ſp ſatiſfaciētē de pctō q̄libet ꝛ
Ad 7m circūſtantias cogitare. Ad aliud dōm ꝙ h̄ mō itel
ligiꝛ dictū bede de radicibꝫ pctōꝝ/ ꝛ nō de ipſis pec
Ad ea q̄ ſūt catis ꝛ circūſtātijs pctōꝝ. Ad ea aūt q̄ obijciunꝛ in
in cōtrariū cōtrariū tm̄ notandū ꝙ nō tenēt niſi q̄n recordatio
pctōꝝ nō nocet penitēti. Et hoc ꝯtingit dupl'r. ſ. q̄n
declinat in deſperationē ex mera reat⁹ cōſideratiōe
aut q̄n mouent appetitū ex memorie ꝓhabite in eis
delectatione: tūc eī videꝛ mihi ꝙ cogitatio auertē
da eſt: al's aūt bonū eſt ſepe recogitare oēs annos in
amaritudine anime corā deo ad cōpunctionē maio-
rem ꝛ humilitatē excitandā.

Arti. XXVI
D 2

### Que ꝛ quot ſint circūſtantie aggrauantes peccatum.

q Uinto queriꝛ q̄ ꝛ quot ſint iſte circūſtantie.
Si qs aūt inſpiciat lrām diligenꝛ colligere
pōt noue diuerſa q̄ ponit. ſ. criminis q̄litatē
locū/ temp⁹/ pſeuerantiā/ pſone varietatē/ tentatio
nē multiplicē/ vitij excuſationē: et poſt multa addit
duo. ſ. damnū ꝟtutꝭ q̄ interim caruit: ꝛ ingratitudi
nē q̄ offendēs oīm fact⁹ eſt re⁹: tūc oībꝫ gratijs acce-
ptis ſe priuat: pſone aūt varietatē videꝛ diuidere in
tria. ſ. dignitatē/ ordinē ꝛ etatē/ vtrū iuuenis vel ſe-
nex vl' in annis pluribꝫ: ꝛ vt mihi videꝛ plura ex lit
Arg. pmo tera colligi nō pñt. Obijciꝛ aūt de ill' ꝛ pmo de ſin
gulis: videꝛ eī ꝙ q̄litas vitij nō ſit circūſtātia/ aut
eī itelligiꝛ de q̄litate eēntiali q̄ dat ſpēm vitio/ aut
accidētali. Si prio mō nō eſt circūſtātia. Si ſecūdo
mō tūc q̄raꝛ q̄ ſit illa qualitas: ꝛ ſi dicaꝛ ꝙ ſit mod⁹
act⁹: cōtra mod⁹ ille q̄ eſt mortalis pctī eſt vn⁹. ſ. q̄ ē
ex cōtemptu pcepti/ ꝛ ex libidine cōmutabil' boni: ſꝫ
cōſtat ꝙ nō ē vna q̄litas pluriū pctōꝝ vl' oīm: ergo
mod⁹ ille nō eſt q̄litas criminis. Itē loc⁹ nō aggra 2º
uat niſi ſit ſacer: ꝛ tūc facit ſacrilegiū: hoc eſt aliō ge-
nus pctī: g̃ loc⁹ nō manet circūſtantia ſimpl'r/ ſꝫ etiā
dat forma ſpēi vitij. Itē obijciꝛ de tp̄e: qꝛ nō aggra 3º
uat niſi tp̄us orōni vl' feriatiōi cōſtitutū: ꝛ hoc iterū
inducit ſacrilegiū qꝺ aliud gen⁹ eſt pctī/ vt q̄dā dixe
rūt. Itē pſeuerātia q̄dā eſt g̃ nō eſt circūſtantia vitij 4º
criminalis. Itē pſeuerātia nihil addit ſup actū pec 5º
cati niſi cōtinuitatē: cōtinuitas aūt nō dicit aliq̄d in
actu ſꝫ poti⁹ circa agētē ꝙ maneat in vitio. Simil'r 6º
obijciꝛ de pſone varietate: innuit eī varietatē eē in
pſona q̄ aggrauāt pctm̄: ꝛ hoc nō videꝛ: qꝛ ſic oīs
act⁹ pſone aggrauaret/ qꝛ oīs hō variā hꝫ pſonā ab
alio. Itē dignitas pſone inquātū hmōi non auget 7º
meritū: nō eī dicim⁹ ꝙ eps plus mereaꝛ orādo cete-
ris paribꝫ q̄ nō epus: g̃ videꝛ ꝙ nō aggrauet pctm̄.
Itē ſi aggrauat pctm̄/ aut hoc eſt ex pte radicꝭ pctī 8º
aut ex pte act⁹/ aut ex pte finis act⁹/ aut ex pte nocu
menti qꝺ infert. Videꝛ aūt ꝙ nō ſit ex pte radicꝭ: qꝛ
ex tanta libidine vel maiori fornicaꝛ vl' pōt fornica-
ri nō epus ſicut eps/ g̃ epat⁹ nō facit ad maiorē rea
tū radicis. Sil'r videꝛ ꝙ nō ex pte act⁹ qꝛ tant⁹ act⁹
fornicatiōis pōt eē in nō epō ſicut in epō vl' maior:
finis eī adeo turpior eſſe pōt/ ꝛ ſil'r nocumētū mai⁹:
ergo videꝛ ꝙ nullo mō aggrauat. Itē ſi p ſe loquē 9º
dū eſt ſm doctrinā phī q̄ nullā pſone conferūt ptātē
ad actū nō ſe habēt ad actū eliciendū vl' aggrauādū
ſꝫ poti⁹ p accñs ad actū illū referunꝛ/ tal' aūt eſt di-
gnitas vl' ordo in pſona: g̃ actū pctī nec elicit nec ag
grauat/ ſꝫ p accñs ſe hꝫ ad ipm̄. Probatio prime eſt
ſi dicā/ alb⁹ ſtatuari⁹ facit ſtatuā: li alb⁹ nihil con-
fert ad actū: ꝛ iō ad actū non referꝛ vt eliciat vel ag-
grauet: ſꝫ p accñs tm̄. Probatō ſcđe eſt ꝙ ſi dicā/ de
can⁹ vel epus fornicaꝛ: ptātem fornicādi nō cōfert
epatus vel decanat⁹/ ſicut ars edificandi cōfert fa-
bro lignario ptātē domū faciendi/ g̃ cōſtat ꝓpoſitū.
Sil'r obijciꝛ de etate quā ponit inter variātia pſo 10
nā: videꝛ eī imꝑfecte loqui: qꝛ diuerſa etas pctā fa-
cit turpiora ꝛ nō vna: dicit eī phs ꝙ ſenes magꝭ ſꝛ
cupidi ꝛ iuuenes magis luxurioſi: g̃ p oppoſitū ma
ior in iuuenib⁹ turpitudo auaricie/ ꝛ in ſenib⁹ ma-
ior turpitudo luxurie: ergo diſtinguere debuit eta-
tē. Itē videꝛ ꝙ etas itēꝝ hoc nō faciat/ ſꝫ poti⁹ alia 11º
diſpoſitio habentis etatē: cōſtat eī ꝙ talis ex colera
ra in iuuētute cū accreſcit calor exiccaꝛ ꝛ efficiꝛ im-
potens ad coitū ex ſiccitate ꝛ ꝓcedēte tp̄e remiſſo ca-
lore/ ꝛ creſcente hūido efficiꝛ potens/ ergo iſte magꝭ
appetit luxuriā in ſenectute q̄ in iuuentute. Cū igiꝛ
regula ſit apud theologos ꝛ ethicū ꝙ pctm̄ eſt mai⁹
qꝺ ex maiori ꝓcedit libidine/ luxuria i iuuētute ma
ior eſt q̄ in ſenectute: ergo videꝛ ꝙ iſti⁹ aggrauatio-
nis nō ſit cauſa etas/ ſed alia diſpoſitio habentꝭ eta-
tem. Ulteri⁹ de hoc obijciꝛ ꝙ dicit tentationē ag- 12º
grauare pctm̄: videꝛ eī hoc redire ad etatē: etas eī
nō aggrauat niſi ſm ꝙ eſt maioris tentatōis incita
tiua: ergo eadē circūſtantia eſt etas ꝛ tentatio vt vi-
deꝛ. Itē tentatio facit mai⁹ meritū in bono (vt di- 13º
cūt ſcti) ergo videꝛ ꝙ nō ſit factiua maioris pctī i ma
lo: qꝛ nō pōt eſſe ꝙ idē ſit cā cōtrarioꝝ. Itē tentatō 14º
eſt añ eēntiā peccati: ergo etiā añ quātitatē pctī: qꝛ
quantitas pctī nō extendiꝛ extra eēntiā peccati: er-
go videꝛ ꝙ nō dat pctō aliquā quantitatē. Ulteri⁹ 15º
queriꝛ de hac quā vocat multiplicē vitij excuſōnē.
Hec eī multiplicitas aut eſt in mō act⁹ aut in ſpe-

cie. Si in modo tũc redit ad illã que est de qualitate
vitij quã pri⁹ posuit. Si in specie tunc nihil addit su
pra spẽm vitij nisi quantitatẽ discretã: tñ non aggra
uat ad hoc pctm̃ signãr. Si forte tu dicas ꝙ agg'
uat pctm̃ ex multitudine: cõtra vnitas q̃ pncipiũ est
discretiõis nihil addit supra entitatẽ rei qḋ sit essen/
tia sʒ potius mod⁹ q̃ radicat̃ in negatõne/sicut vult
Arist. in plurib⁹ locis pͥme phie: id aũt principiũ ẽ
multitudinis/ḡ multitudo non ponit aliq̃d additũ
cuilibet vni multoꝝ nisi modũ illũ negatiõis: ergo
16° nõ aggrauat: q: oĩs aggrauatio ẽ ex aliquo ente ap
posito ipsi⁹ rei que aggrauat̃. Ulteri⁹ obijcit̃ de h̃
ꝙ dicit: ꝙ plãgat virtutẽ q̃ interim caruit. Hoc em̃
nõ videt̃ afferre quantitatẽ pcti: qḋ em̃ sequit̃ om̄e
pctm̃ in q̃cunq3 q̃ntitate magna vel pua nõ dat pec
cato aliquã quantitatẽ/sʒ carere virtute sequit̃ om̄e
pctm̃ mortale in q̃cunq3 q̃ntitate magna vel pua: ḡ
17° nõ dat pctõ aliquã quãtitatẽ. Item cũ multa sint
alia bona q̃b⁹ interim carem⁹. s. grã/bonũ natura/
le vel integritas ei⁹/virt⁹ et meritũ: quare nõ dicit
18° alia esse deplangẽda sicut illud. Ulteri⁹ querit̃ de
hoc ꝙ dicit/ꝙ plangat ingratitudinẽ ꝙ offendẽs in
vno fact⁹ est re⁹ oĩm: videt̃ em̃ ex hoc magis ingra/
tus esse de⁹ q̃ ipse q̃ peccat: si em̃ sit dñs aliquis cui
seruus multũ seruiuit/ ⁊ cõtingat ꝙ peccet seru⁹ in
vno: ⁊ dñs imputet ei pctm̃ in oĩb⁹/⁊ nõ in vno tm̃
magis ingrat⁹ est dñs seruitio serui q̃ seru⁹/ergo a
19° silr̃ ita erit ⁊ hic. Itẽ videt̃ maxima iniusticia esse ꝙ
offendens in vno fiat oĩm re⁹: si em̃ sit aliq̃s depre/
hensus in solo latrocinio vl' furto: ⁊ iudex deuoluat
in eũ adulteriũ/homicidiũ ⁊ crimẽ lese maiestatis in
iusticiã faciat illi. Cũ igit̃ leges hũane sint exempla/
te ĩ legib⁊ diuinis: videt̃ ꝙ nõ sũt ꝯtra leges diuias:
ergo si quis transgredit̃ pceptũ vnũ iniuste agit̃ se/
20 cũ si reputat̃ re⁹ esse oĩm. Ulteri⁹ aũt obijcit̃ hic ꝙ
Tulli⁹ multo plures circũstantias in pmo rhetorice
ponit: dicit em̃ in cõi q̃dem esse septem. s. q̃s/q̃d/cur/
q̃ñ/vbi/quõ/quib⁹ auxilijs: attribuunt̃ aũt hoꝝ se
ptẽ ẜm tulliũ ⁊ Boe^m q̃dam psone/⁊ q̃dam negocio
persone quidem vna que est quis/negocio aũt sex re/
lique. Et ipse tulli⁹ diuidit illã que est q̃s in. xj. cir/
cũstãtias. s. nomẽ/naturã/cõuictũ/fortunã/habitũ/
affectionẽ/studia/cõsilia/facta/casus/orões. Et itẽ
rũ hoꝝ q̃dam subdiuidit vt naturã in serũ/nationẽ
patriã/cognationẽ/etatẽ: ⁊ cõuictũ diuidit in. ix. sc3
societatẽ/amorẽ siue arbitriũ/conuersandi/pedago
gos siue pceptores q̃bus cũctis vsus est/quo nego/
cio occupatus/quo in questu negociet̃/cui⁹ sit arti/
ficij/quõ res familiares amministrẽt/q̃ ꝯsuetudine
domestica: sic similit̃ alia diuidit vt3 inspicienti pri
mũ rhetoricoꝝ: ḡ videt̃ ꝙ etia3 iste pr̃es ponere de/
Solo. buit. Solo dõm primo ad hoc vltimũ ꝙ nõ est p̃/
ad vltimũ obiectũ sentis instructiõis tractare de circũstantijs nisi ꝓut
aggrauant pcti actũ/⁊ faciũt sibi aliquã quantitatẽ
vl' ẜm reatũ vl' ẜm turpitudinẽ: ⁊ iõ Aug⁹ nõ tangit
nisi circũstantias ex q̃b⁹ notabilit̃ efficit̃ huiusmodi
quantitas in pctõ. Sʒ Tulli⁹ agit de circũstantijs
ꝓut sunt loc⁹ rhetoric⁹. Loc⁹ aũt rhetoric⁹ est ex q̃
p enthimemata (qḋ ẽ syllogism⁹ rhetoricus) arguit
accusatũ corã iudice duo. s. notitiã rei ⁊ notitiã rea/
tus eius. Et iõ nõ omnes sue circũstãtie aggrauãt/
sed om̃es faciunt notitiã iudici de reo vel reatu ei⁹.
In penitentia aũt nulla fit iudici notitia de his/sed
potius reo ostendit̃ quantitas sui reat⁹: vt inclinet

ad lamentũ maius. Et ideo nõ ponunt̃ hic nisi circũ
stantie tantũ reatũ aggrauantes/⁊ hoc sufficit p̃sen
ti lectioni: tñ nos alibi late disputauim⁹ de circum
stantijs/⁊ hoc poterit qui voluerit inspicere/sed hic
om̄ia dicem⁹ q̃ ptinẽt ad p̄sentẽ passum ⁊ nõ alia.
Ad primũ ergo dõm ꝙ q̃litas vitij intelligit̃ meo Ad pmũ q̃situm
iudicio q̃litas eẽntialis q̃ cõstituit spẽm ipi⁹: distat
em̃ vitiũ a vitio ex quãtitate quã affert specifica dif/
ferentia: p quẽ modũ om̄ib⊃ alijs parib⊃ dicim⁹ vnũ
vitiũ in specie maius et aliud min⁹/vt adulteriũ q̃
furtũ: ⁊ homicidiũ q̃ mendaciũ ⁊ sic de alijs. Ad Ad pmũ obiectũ
id aũt qḋ cõtra obijcit̃ dõm ꝙ circũstantia duplicit̃
dr̃. s. circũstans actũ/⁊ circũstãs agentẽ/sicut expres
se colligit̃ ĩ circũstãtijs quas ponit Tulli⁹: ⁊ h̃ mo/
do q̃d fecit reducit̃ ad circũstãtiã acceptã ex pte act⁹
vel negocij: l3 em̃ quid dicat eẽntiã act⁹: tñ inquan/
tũ affert secũ quantitatẽ turpitudinis/cõcipit etia3
id qḋ circũstat/⁊ sic dr̃ circũstantia. Ad id qḋ obijci ad 2m ⁊ 3m
tur de loco dõm ꝙ loc⁹ inquantũ hmõi nõ trahit in
gen⁹ aliud etiã si sit sacer nisi adueniat act⁹ ali⁹ vio
lans locũ. Uñ iurisperiti dicũt ꝙ clam accipiẽs ĩ lo
co nõ incurrit excõicationẽ quã fert eps̃ cõsecrans
locũ/inuiolato etiã loco: s3 illã incurrit accipiẽs in lo
co sacro violentus: eo ꝙ alio actu q̃ cõtrectatiõe rei
aliene ledit immunitatẽ loci: ⁊ sic pt3 ꝙ q̃ñ nihil ad/
dit̃ actui pcti nisi loc⁹ sacer/nõ erit loc⁹ trahens in
aliud gen⁹ pcti sʒ circũstantia aggrauans. Per eun
dẽ modũ pt3 solõ ad sequẽs qḋ obijcit̃ de tpe: q: du/
pliciter põt se habere ad actũ sicut ⁊ loc⁹. Ad id qḋ ad 4m ⁊ 5m
vlteri⁹ obijcit̃ de pseuerantia dõm ꝙ nõ dr̃ hic pse/
ueratio pmansio in actu criminis solũmõ nec etiam
actuale pseuerandi ꝓpositũ: q: hoc esset actuale pec/
catũ diuisum ab alijs: nec etiã donũ pseuerantie qḋ
est virtus vel aliq̃d cõiunctũ virtuti. Sʒ dicit̃ pse
uerantia id qḋ relinquit̃ ex act⁹ vitiosi iteratione: ⁊
est duplex. s. mala dispositio p quã fit homo habilis
ad peccandũ: ⁊ minoratio naturalis boni p qḋ elon
gat̃ a bono incõmutabili. Et q̃nto plus sic disponi/
tur tanto efficit̃ pnior ad peccãdũ: ⁊ ex tali pnitate
efficit̃ q̃dam peccati q̃ntitas: pcipue in hoc ꝙ magis
voluntarie ⁊ magis libere peccat/⁊ q̃ntũ ad hoc po
nit̃ inter aggrauãtia pctm̃. Ad id aũt qḋ obijcit̃ de Ad 6m
varietate psone dõm ꝙ nõ oĩa attendit q̃ in psona cõ
siderari pñt/sʒ illa tm̃ que faciũt turpitudinẽ ĩ actu
maiorẽ ex cõparatiõe ad agentẽ. Et p hoc patet solu
tio ad primũ. P psona accipit̃ ꝓut est nomẽ digni
tat̃ tam ẜm sciam iuris q̃ ẜm dignitatẽ nature: ẜm
quẽ modũ decanũ dicim⁹ esse psonã/⁊ nõ dicim⁹ ꝙ
cleric⁹ simplex sit psona. Ad aliud dõm ꝙ illud ar Ad 7m
gumẽtũ nõ valet/h̃ nõ auget meritũ: ergo nõ auget
pctm̃: q: meritũ ⁊ augẽs meritũ est ex solo deo ⁊ nõ
ex hoĩe: sʒ pctm̃ ⁊ augẽs pctm̃ est ex hoĩe ⁊ nõ ex deo
⁊ ideo aliq̃d circa psonã positũ/sicut dignitas/facit
maiorẽ act⁹ cõgruitatẽ in bono ⁊ maiorẽ incõgrui/
tatẽ in malo: ⁊ in bono qḋ nõ auget meritũ/sed au/
get debitũ cõgruentie/sed in malo auget pctm̃ pro
pter causam pri⁹ assignatã. Ad aliḋ dõm ꝙ auget Ad 8m
deformitatẽ nec ex pte radicis nec ex pte act⁹ absolu
te cõsiderati sʒ ex cõpatiõe act⁹ ad statũ agentis: ta/
lis em̃ status retrahere deberet a peccato/⁊ maio/
rem habet incõgruentiã ad peccatũ: ⁊ ideo aggraua
tur peccati turpitudo ex statu psone. vnde illa rõ ab
insufficienti ꝓcedit. Ad aliud dõm ꝙ phus loquit̃
de his que cõferunt potestatẽ ex arte in agendo hũc

actũ vel illũ:ſed Aug⁹ loquit̃ hic de his q̃ ex cõgrui
tate vel incõgruitate augẽt vl'minuũt turpitudinẽ
vitĳ q̃ eſt ex cõſideratiõe pctĩ ad peccãtẽ:⁊ iõ nõ ẽ ad
Ad 9m ꝓpoſitũ qđ dicit phus. Ad id qđ obĳcit̃ de etate di
cendũ ꝙ aug⁹ nõ tangit hic niſi genera aggrauãtiũ
et hñ cõſentit ĩ hoc ꝙ ſi gen⁹ diſtrahat̃ ꝑ ſpẽs ꝙ erit
Ad 10m et tũc cõparatio diuerſa. Ad aliud dđm ꝙ apud cõit̃
11m loquentes etas intelligit̃ ſm id qđ etas relinquit ĩ
ſubiecto tam ex ꝑte corꝑis q̃ꝫ ex ꝑte aĩe:in corꝑe ei
relinquit augmentũ ⁊ canici ẽ⁊ hmõi: in aĩa autẽ
ↄfirmatiõꝫ rõis ↄſilĳ ⁊ hmõi:⁊ ſm hũc modũ diſpo
Ad 12m ſitio habentis etatẽ intelligit̃ in etate. Ad id qđ ob
ĳcit̃ de tentatõne dđm ꝙ tentatio ⁊ etas nõ ſũt idẽ
lꝫ q̃dam cauſe tentatõis magis aggrauent in q̃dam
etate:⁊ q̃dã in alia:qꝛ etas dicit diſpoſitionẽ ex tem
pore relictã in ſubiecto:ſꝫ tentatio nõ dicit niſi ĩpul-
ſum ad illicitũ/ſiue impulſus ſit ex carne ſiue ex de-
mone/ſiue ex mundo:⁊ non dicit illũ impulſum ſm
Ad 13m ꝙ relinquit̃ ex tꝑe. Ad aliud dđm ꝙ tentatio nõ au
get meritũ ꝑ ſe/ſꝫ meritũ qđ eſt dimiſſiuũ pene/ſꝫ qñ
ponit̃ circũſtantia aggrauãs hoc nõ eſt ꝑ eundẽ mo-
dũ quo auget meritũ:meritũ eñ auget ex hoc ꝙ re-
trahit a bono/⁊ tñ vincit̃: ꝓpter maiorẽ eñ difficul-
tatẽ in oꝑe habet̃ maius meritũ dimiſſiõis pene: ſꝫ
ꝑ oppoſitũ modũ auget pctm̃.ſ. qꝛ q̃nto minor ẽ ten
tatio tanto maius eſt peccatũ: qꝛ minus reſiſtit/⁊ ita
min⁹ pugnauit:⁊ ꝑ ↄñs magis volũtari⁹ in pecca-
Ad 14m to fuit. Ad aliud dđm ꝙ ea q̃ ſunt ante eſſentiã pec
cati ꝑ modũ inclinantiũ ⁊ cauſarũ peccati hñ poſſũt
augere ⁊ diminuere pctm̃:qꝛ tunc reducunt̃ ad cir-
Ad 15m cũſtãtias agentis ſiue ꝑſone ſicut dicit Tulli⁹. Ad
id qđ vlterius querit̃ de illa q̃ dicit̃/multiplex vitĳ
executio dđm ꝙ intelligit̃ in mõ:mod⁹ aũt eſt h̃ acci
dentalis:⁊ hoc mõ p̃cipue apparet in coitu q̃ alium
modũ turpitudinis hꝫ iacendo/ aliũ ſtando/ et aliũ
ſedendo ſm ꝙ ꝑcipit̃ a cõfitẽtib⁹. Et iacendo habẽt
modos ſm diſpõem iacentis in dorſo vl'in latere vl'
aliter ſm ꝙ cõcupiſcẽtia inſtigãte multos modos ꝓ
mulgant cõfitentes. Et ꝑ hoc ptꝫ reſpõſio ad primũ
Ad 16m qꝛ hoc nõ eſt qualitas vitĳ: vt dictũ eſt ſupra. Ad
aliud dđm ꝙ Aug⁹ monet plãgere virtutẽ q̃ iterim
caruit nõ tanq̃ꝫ circũſtãtiã pctĩ ſimpliciť ſꝫ tanq̃ꝫ qđ-
dam aggrauãs ex nocumento:qꝛ ꝑ hoc turpi⁹ ẽ pec
catũ ⁊ maius q̃ꝫ priuatõ eſt maioris boni ⁊ maioris
virtutis nec intelligit̃ de priuatione q̃ ſequit̃ oẽ pec
catũ/ſꝫ de illa q̃ ſequit̃ pctm̃ ſm ſe ſm qđ dicim⁹ ꝙ
mai⁹ eſt pctm̃ qđ maiori ꝟtuti eſt cõtrariũ/ſicut odi
um qđ charitati cõtrariat̃ ⁊ hmõi:⁊ ſic patꝫ ſol'o ad
Ad 17m argumentũ. Ad aliud dđm ꝙ nullũ maiorũ bono
rũ cõtrariat̃ directe peccato niſi virt⁹ qꝛ virt⁹ ꝑficit
potentiã ad actũ: ſꝫ nõ gratia vel meritũ: vitiũ autẽ
ſiue peccatũ infirmat potentiã ad actũ/⁊ iõ nõ nomi
Ad 18m. nat alia bona q̃b⁹ pctõr caret ſicut illud. Ad id qđ
obĳcit̃ de ingratitudine dđm ꝙ de⁹ nõ eſt ingrat⁹:
qꝛ quodlibꝫ pctm̃ cũ ſit cõtra infinitũ bonũ omnis
boni meret̃ amiſſionẽ. Secus aũt eſt de iudicio hu-
mano:qꝛ cõtra hoĩem nõ peccat̃ niſi inquantũ noce
tur ei: ⁊ cũ noceat niſi in vno iniuſtũ eſſet vt deuol-
ueret in peccantẽ alia nocumenta/ ⁊ iõ nõ eſt ſil'e qđ
Ad 19m. inducit̃ ꝓ ſil'i. Ad aliud dicendũ ꝙ nõ intelligit̃ ſic
ſicut ꝓcedit obiectio ꝙ offendens in vno ſit oĩm re⁹
ſed poti⁹ ſicut mgr̃ dicit in lr̃a.ſ. qꝛ priuat̃ bono qđ
acq̃ſitũ eſt obediẽtia oĩm p̃ceptoꝝ. Et hoc iõ: qꝛ qđ-
libꝫ pctm̃ opponit̃ fini oĩm mãdatoꝝ: gr̃a aũt ſine fi
ne gr̃e nõ dat̃: qꝛ de⁹ dãs gr̃am nõ ꝑ ſe venit ad ho-
minẽ:⁊ iõ illa obiectio fundat̃ ſuꝑ falſum lr̃e intelle-
ctũ. Ad oĩa aũt alia eſt ſolutio per ea que dicunt̃ in Ad 20m
principio ſolutionũ iſtarũ.

## Que circũſtãtiaꝝ vitiũ magis aggrauat. Ar. XXVII.

Sexto querit̃ q̃ iſtarũ circũſtãtiarũ vitiũ ma Ex
gis aggrauet/videt̃ aũt ꝙ varietas ꝑſone ⁊ Arguit̃ p°.
mod⁹ q̃ immutat̃ in mi'tiplici vitĳ executõe:
qꝛ ille due circũſtantie p̃cipue requirunt̃ a cõfeſſor
alie aũt nõ ita: g̃ videt̃ ꝙ iſte ſint potentiores. Itẽ 2°
iſte due circũſtantie ſunt q̃ magis incõgruitatẽ faci-
unt act⁹/ ⁊ ex incõgruitate aggrauãt pctm̃: qꝛ quã-
ta eſt incõgruitas tanta eſt turpitudo/g̃ videt̃ ꝙ iſte
due magis aggrauẽt. Itẽ loc⁹ ⁊ temp⁹ extrinſeca 3°
ſunt: mod⁹ aũt intriſec⁹ eſt: oꝑa ⁊ ordo vel dignitas
intrinſeca ſunt agẽti: intrinſecũ aũt mag̃ aggrauat
q̃ꝫ extrinſecũ: g̃ dignitas ⁊ mod⁹ pl⁹ aggũat q̃ꝫ alie
circũſtantie vt videt̃. Sꝫ videt̃ ꝙ illa q̃ eſt de q̃lita-
te vitĳ pl⁹ aggrauet: qꝛ illa dicit vitĳ quantitatem
q̃ determinat ipam ſpẽm vitĳ: hec aũt maior eſt q̃ꝫ il
la q̃ eſt ab accidẽtibꝫ alĳs: g̃ videt̃ ꝙ illa pl⁹ aggra-
uet. Item in rebꝫ naturalib⁹ ſic eſt ꝙ oĩs ſpecies 4°
corꝑee ſube habẽt quãtitatẽ natural'r ↄñtẽ ſpẽm ſu-
am in qua cõplet̃ virt⁹ ipſi⁹ ſpẽi/ſicut dicit phus in
ſcđo de aĩa ꝙ oĩm natura cõſtantiũ cert⁹ eſt termi-
nus ⁊ rõ magnitudinis ⁊ augmenti: g̃ ꝓportionabi
lit̃ erit illud in habentibꝫ q̃ꝫtitatẽ ſpũalẽ: hec aũt eſt
quantitas ↄñs ipam ſpẽm vitĳ vel virtutis. Cũ igi
tur hec ſit eſſentialis vitio magis videt̃ aggrauare
vitiũ: ſꝫ hec attendit̃ in qualitate vitĳ ſiue in circũ-
ſtantia q̃ dicit̃ q̃d: g̃ illa mag̃ aggrauat. Videt̃ au 5°
tẽ ꝙ tentatio inter oĩa pl⁹ aggrauet: dicit eñ Au-
guſt. ꝙ omne peccatũ eſt voluntariũ/ quod ſi nõ eſt
voluntariũ non eſt peccatũ: ergo videt̃ ꝙ voluntas
det eſſe pctõ in quantũ pctm̃ eſt: g̃ q̃ntitas volũtat̃
dabit q̃ntitatẽ pctõ/ ſꝫ q̃ntitas volũtatis maior vel
minor eſt ex hoc ꝙ tentatio maior vel minor eſt: qꝛ ĩ
maiori tentatione minor voluntas/⁊ in minori mi-
nor: g̃ ex q̃ntitate tentatiõis maxime attendit̃ q̃nti-
tas pctĩ: g̃ maxime aggrauat vt videt̃. Itẽ glo. ſuꝑ 6°
Math. quãtũ intendis tm̃ facis:⁊ dicũt mgr̃i cõit̃
ꝙ hoc eſt verũ in malo: dicit aũt Aug⁹ ꝙ intentio eſt
volũtas cũ fine: g̃ voluntas finalis vl' cõiũctiua vl'
in finẽ tendens dat oꝑi quãtitatẽ: g̃ etiã grauamen
dat ei: ſꝫ oĩs peccãs mortalit̃ tendit in creaturã vt ĩ
finẽ: g̃ hꝫ volũtatẽ in quolibet pctõ mortali cũ fine:
g̃ penes illa attẽdit̃ q̃ntias maior vl' minor. Cõſtat
aũt ꝙ volũtatis q̃ntitas maior vel minor eſt ex ten-
tatione maiori vl' minori: g̃ videt̃ ꝙ penes tentatio-
nẽ p̃cipue peccati grauamẽ attendat̃. Sꝫ ecõtra vi 7°
det̃ ꝙ loc⁹ ⁊ temp⁹: qꝛ illa duo p̃cipue q̃runt̃ a cõfi-
tente: ſꝫ nõ q̃rerent̃ p̃cipue niſi maiores eẽnt: g̃ vide
tur ꝙ ille magis aggrauẽt. Itẽ. 2. Machab. 3. de 8°
loco dicit̃ ꝙ in loco eſt q̃dã diuina virt⁹: et in Gen̄.
26. De tꝑe ãt. 1. Coꝝ. 7. Niſi forte ex ↄſenſu ad tp̄s 9°
vt vacetis orõni. Cũ igit̃ iſte due ſpeãlit̃ in canone
exprimunt̃/ videt̃ ꝙ iſte due inter ceteras magis fe-
rant pctõ notabilẽ q̃ntitatẽ. Itẽ ille q̃ mag̃ poſſũt 10
pctm̃ in aliđ gen⁹ trahere/ videt̃ etiã ꝙ manẽdo idẽ
poſſit aggrauare mag̃: ſꝫ h̃ maxime pñt loc⁹ ⁊ tp̄s:
g̃ videt̃ ꝙ maxĩe aggrauẽt pctm̃. Probat̃ aũt p̃ma
ex h̃ ꝙ niſi ille q̃ trahũt ĩ aliđ gen⁹ ſm ſuã ꝓpriã de-
formitatẽ/ pctõ aliq̃d afferũt nõ pñt trahere in aliđ

genꝰ. Scđa aũt ꝓbaṫ ex hoc ꝙ ſacrilegiũ fit in leſio
11º neſacri loci vl' tꝑis. Jtẽ ad ſacros actꝰ explẽdos nõ
videmꝰ in oĩbꝫ circũſtãtijs aliq̃d determinatũ a đo
⁊ eccl'ia niſi tm̃ locũ ⁊ tꝑus: ĝ ꝑ oppoſitũ iſta maxĩe
afferũt deformitatẽ opibꝫ oppoſitꝭ ſctitati: ſũt aũt ta
lia opa pctã: ĝ videṫ ꝙ pctis maximã afferũt quãti-
12º tatẽ turpitudinis locꝰ ⁊ tempꝰ. Uideṫ aũt ꝙ pſeue
rantia plꝰ oĩbꝰ aggrauet: q̃cq̃d em̃ de ſe natũ eſt da
re q̃ntitatẽ habitui q̃ diſponiṫ potẽtia ad agendũ: il
lud ꝑ ꝯñs maxime dat actui q̃ntitatẽ ſpũalẽ: ſꝫ h̄ fa-
cit freq̃ntia ⁊ pſeuerãtia: ĝ maxime dat q̃ntitatẽ pec
cato. Pꝛĩa ptꝫ ꝑ hoc ꝙ intẽtioꝛis habitꝰ intẽtioꝛ eſt
actꝰ. Scđa aũt ſcribiṫ in .ij. ethicoꝝ: qꝛ ex talibꝫ ope
13º ratiõibꝫ ſil'es habitꝰ generanṫ. Jtem q̃ntitas mali
nulla ẽ niſi elõgatio a bono: cõſtat ãt ꝙ q̃nto q̃s diu
tius pſeuerauit in pctõ ꝑ freq̃ntiã pcti / tantomagis
elõgaṫ a bono: ĝ tãto maiꝰ efficiṫ malũ in ip̃o / ſꝫ hoc
eſt aggrauatio mali ⁊ peccati: ĝ pſeuerãtia in malo
14º maxime aggrauat pctm̃. Uideṫ aũt ꝙ ĩgratitudo
maxime aggrauat: qꝛ ꝓṗ ingratitudinẽ vt infra di
ſtin. xviij. habeṫ etiã dimiſſa pctã redeũt / ſꝫ nihil ali
oꝛũ fert ita graue pondꝰ ſicut eſt reditꝰ pctõꝝ: ĝ vꝛ
Sol'o. ꝙ ingratitudo inṫ oĩa q̃ enumerat h̄ Augꝰ in littera
maxime aggrauet pctã. Sol'o dõm ꝙ triplicitṫ at-
tendiṫ pcti grauitas. ſ. eẽntial' q̃ debeṫ ſibi ꝭm ſuam
ſpẽm vl' ſuũ genꝰ: ⁊ accñtal' pſone q̃ debeṫ ei ex aliq̃
extrinſeco ſibi qđ eſt aliq̃ mõ mẽſurãs ip̃m vel agen
tẽ vl' media q̃ q̃ſi ꝑ modũ paſſiõis ſe habẽt ad pctm̃.
Et pꝛima q̃dẽ grauitas duplex eſt. ſ. ex natura gñis
et ex natura ſpecifoce drñe cõtrahẽtis genꝰ. Exem-
plũ aũt grauitatꝭ in gñe ẽ qđ dicit Greg. ꝙ ſpũalia
pctã maioꝛis ſunt culpe q̃ꝫ coꝛpoꝛalia / lꝫ coꝛpoꝛalia
maioꝛis ſint infamie q̃ꝫ ſpũalia. Exemplũ autẽ gra-
uitatis eſt ex ſpecifoca drña ꝙ cupiditas ſiue auari-
tia in gñe maioꝛ eſt q̃ꝫ coitꝰ / ⁊ tñ adulteriũ ꝭm ſalo-
monẽ in ꝓuerbijs eſt maiꝰ q̃ꝫ furtũ. Uñ dicit ꝙ non
grande eſt culpe cũ q̃s fureṫ ⁊c̄. Et hec duplex q̃nti
tas manifeſtaṫ ĩ ip̃o noĩe pcti: qꝛ ſtati ĩ ip̃o noĩe ino-
teſcit genꝰ / ⁊ drña ſpecifoca pctĩ: hãc aũt quantita-
tẽ pctĩ / dico oĩ alij quãtitati plꝰ eſſe ponderãdã / lꝫ in
cõfeſſiõe nõ queraṫ: qꝛ ꝑ ſeip̃am innoteſcit mox noĩa
to pctõ ſicut ſi noĩaṫ cetꝰ ⁊ polipꝰ ip̃o noĩe innote-
ſcit maioꝛẽ eſſe cetũ q̃ꝫ polipũ dũmõ audiẽs cogno-
ſcat vtrũq̃ꝫ hoꝛũ piſciũ. Quãtitas aũt accidẽtal' eſt a
duobꝫ extrinſecis quoꝝ vnũ eſt menſura actꝰ ⁊ alte
rũ agẽtis q̃ ſunt locꝰ ⁊ tempꝰ. Et qꝛ q̃ñq̃ꝫ accñs nõ
innoteſcit cũ noĩe rei: ideo optet exprimere illa nõ tñ
faciũt tantã grauitatẽ vt pꝛima duo. Sꝫ qꝛ modus
actꝰ ⁊ varietates pſone q̃ſi media ſunt inter illa: iõ
cõferũt quantitatẽ magis eẽntialẽ q̃ꝫ ſcđa / ⁊ minus
eẽntialẽ q̃ꝫ pꝛima: qꝛ nõ ſunt de rõne pctĩ: ⁊ iđo pctõ
noĩato nõ mox innoteſcũt illa / ſꝫ optet exp̃mi vt ſcia
tur quãtitas q̃ eſt ex ipſis / ⁊ in h̄ coueniũt cũ accñta
libꝰ: qꝛ aut modꝰ q̃dã foꝛma actꝰ eſt ⁊ varietas pſo
ne foꝛme agentis / ⁊ vtrũq̃ꝫ inſeꝑabile a turpitudine
pctĩ / cuiꝰ augẽt q̃ntitatẽ iõ ĩ aliq̃ couenĩũt cũ eẽntia
libꝫ / ⁊ ita ſũt media minoꝛa q̃dẽ q̃ꝫ pꝛima ⁊ maioꝛa /
Ad pꝛimũ. vt videṫ mihi q̃ꝫ ſcđa ſi oĩa illa paria ĩtelliganṫ. Di
cendũ ĝ ad pꝛimũ ꝙ ꝓbat eẽ maioꝛẽ q̃ꝫtitatẽ ex iſtis
qꝛ magis requirunṫ iſte due a cõfeſſo: qꝛ inq̃ſitio fit
iõ in noĩe pctĩ / iſte due ꝑ ſe nõ innoteſcũt: tñ alie due
Ad 2m maioꝛẽ dãt peccato grauitatẽ. Ad aliud dicendũ
ꝙ loq̃ndo de incõgruitate accidẽtali pctĩ verũ cõclu
dit. ſꝫ falſum eſt loquendo de incõgruitate eẽntiali.

Ad aliud dõm ꝙ vtꝫ ex p̄dictis bñ cõcediṫ ꝙ alijs Ad 3m
paribꝰ ille due plꝰ aggrauãt q̃ꝫ locꝰ ⁊ tempꝰ. Ad Ad 4m.
duas ſequentes obiectiões puto ſimpliciṫ eẽ cõcedẽ
dũ. Ad id qđ vlteriꝰ q̃riṫ de tentatõe dõm ꝙ volũ Ad 5m.
tas tentati abſq̃ꝫ dubio maioꝛ et minoꝛ eſt etiã ꝭm
ethicũ vt innuit Ariſt. in. 8. ethicoꝝ: ſed qꝛ maioꝛ vl'
minoꝛ eſt acceptio / iõ dicit vituperabilioꝛẽ eſſe foꝛni
catoꝛẽ incõtinẽte: vocamꝰ foꝛnicatoꝛẽ illũ q̃ p̄uenit
voluntatẽ: incõtinentẽ aũt eũ q̃ trahiṫ vi delectatio-
nis: tñ qꝛ volũtas ẽ cauſa efficiẽs actꝰ / nõ dat ei q̃n
titatẽ accidentalẽ tantã / ſicut modꝰ vel pſone digni
tas q̃ſi illa addãt turpitudinẽ q̃ſi nouã q̃ al's ĩ actu
nõ eſſet / ſꝫ volũtas tracta vl' nõ tracta nõ addit niſi
maioꝛẽ vel minoꝛẽ vituꝑationẽ turpitudinis eẽntia
lis q̃ tñ nõ eſſet in actu: ⁊ ideo etiã illa circũſtãtia ra-
ro queriṫ a cõfitente niſi vltimo vellet eã dicere ꝑ ſe- Ad 6m
adiutores ⁊ non vt ſacerdotes proprij. Ad aliud Ad 3m
dicendū ꝙ ſm̄ rationē eſſe non poteſt ꝙ plures ſint
proprij nec homo propriū demonē habet ad exerci-
tium niſi vnum/ et alij omnes veniunt vt coadiuto-
res. Et tamen ſi plures demones haberet exercita-
tores non propter hoc ſequeretur ꝙ plures debe-

ret habere ꝓprios ſacerdotes: quia aliud remediū ha
Ad 4m beret ꝯtra hoc ſcꝫ plures angelos adiuuātes. Ad
aliud dōm ꝙ cū ſinguli cuſtodes ordinanꝭ: vnus eſt
cuſtos ⁊ aliꝫ ſunt vel prelati illius vel coadiutores: ⁊
coadiutores fuerūt qui circa Helizeū apparuerūt.
4. Reg. 6. prelati aūt q̄ circa machabeū: machabe-
us em̄ pnceps erat gētis iudeoꝝ: ⁊ iō angelus prin-
ceps erat ſecū: machabe⁹ etiā homo erat ſingularis
⁊ ſic habuit cuſtodē: ⁊ illi duo tenebāt eū circūſeptū:
Pctm̄ aūt erat arcere virtutē inimici in cōtrario ex-
ercitu ⁊ ꝟtutū occurrere miraculis excecatōe ⁊ arch
angeloꝝ reuelatiōe machinatiōis aduerſarioꝝ ⁊ il-
Ad 5m li ſignificanꝭ ꝑ alios tres qui erāt circa eū: ⁊ iō nihil
ꝓbatur cōtrariū ꝑ illud. Ad aliud dicendū ꝙ hoc
ſm beatū Dionyſiū falſū eſt quia nulli duo angeli in
celo ſm eum ſunt eiuſdē altitudinis: ⁊ ideo vnus nō
habet duos eque pncipales ſupra ſe. Sed tn̄ aliter
quidā doctoꝝ nō fulti aliq̄ autoritate dicūt ꝙ multi
ſunt equales in ſupma media vel infima hierarchia
vel etiā in vno ordine: tunc dicendū ꝙ nō eſt ſimile de
ordinib⁊ angeloꝝ cōfirmatoꝝ ⁊ de ornidinib⁊ hoīm
quia in ordinib⁊ angeloꝝ nō pōt fieri ꝑplexitas ⁊ cō
fuſio ex ꝯtrarie imperātib⁊: ſed ꝯcordia illuminatio-
nū eſt a primo fonte luminis deſcēdētiū: ſed imperia
que ꝓcedūt ab hoīb⁊ ſunt frequēter ꝑmixta diuerſis
opinionib⁊: ⁊ iō induceretꝭ cōfuſio ⁊ ꝑplexitas ex plu
ribus qđ nō poteſt fieri in celo vbi omnia ad concor-
diam reducunꝭ ꝑ lumen dei. et hoc eſt qđ dicit Job
25. Qui facit concordiā in ſublimib⁊ ſuis nunq̄d eſt
numerus militū eius ⁊ ſuꝑ quē nō ſurgit lumē illi⁹?

Arti. XLII Q. 2. **Utrū poſito ꝙ vnus ꝓprius ſacerdos habeat plꝭes coadiutores facta ꝯfeſſiōe vni: teneaꝭ confeſſus confiteri alteri ſi ille p̄cipiat.**

Quarto querꝭ ſi ſic eſt ꝙ vnus ꝓprius ſacer-
dos pōt habere coadiutores vtrum vni facta
cōfeſſione teneaꝭ confeſſus etiā alteri confite
Arguiꝭ p° ri ſi ille p̄cipiat. videꝭ aūt ꝙ ſic ꝑ illud qđ habeꝭ extra
qui nō ab Jnno. iij. in concilio generali. Si q̄s autē
alieno ſacerdoti iuſta de cā voluerit confiteri ſua pec
cata licentiā prius poſtulet ⁊ obtineat a ꝓprio ſacer-
dote cū aliter ille ipm non poſſit abſoluere vel ligare.
conſtat em̄ ꝙ dando licentiā vt confiteaꝭ alteri non
excipit eū ab obediētia ſua: ergo adhuc teneꝭ obedire
ſicut pri⁹: ſed pri⁹ tenebaꝭ ſibi ſemel in anno cōfiteri:
2° g̃ ⁊ poſtea ſi p̄cipiat ſibi teneꝭ facere ꝯfeſſionē. Jtē
eſto ꝙ eps̄ mittat coadiutorē vel etiā papa cōueniat
ꝙ ſubditos ꝑ hoc nō intendūt extrahere extra curā
vel obedientiā ꝓprij ſacerdotis. cum igiꝭ ex obedien
tia teneaꝭ ſe ei oſtendere in ꝯfeſſione: videꝭ ꝙ ſi milli-
es alijs confeſſus ſit adhuc teneꝭ confiteri illi ſi ille p̄
3° cepit. Adhuc ille qui ſacerdos ꝓprius eſt teneꝭ ei
miſtrare ſacr̄a ſꝫ ſacroꝝ miſtratiōeꝫ p̄cedit abſolutio
g̃ teneꝭ eū ſcire abſolutū eē ⁊ h̄ nō pt ſcire niſi audiat
eū ⁊ ſigna pnīe prius videat: ergo cū hoc nō fiat niſi
in confeſſione: g̃ ille teneꝭ ei confiteri ſi p̄cipiat. Ad
4° huc videꝭ ꝙ ꝑiculū orireꝭ ſi nō teneꝭ: q̄ multi prete-
xtu latēdi poſſent dicere ſe eſſe confeſſos: ⁊ inconfeſſi
ꝑmanētes cōmunicare ⁊ tunc ſacerdos ꝓprius eos
arcere nō poſſet: ergo videꝭ cum illud qđ ꝓ charitate
inſtituiꝭ nō debeat militare contra charitatē vt dicit
Bern̄. ⁊ pro charitate inducunꝭ adiutores ꝙ ꝓpter
hos nō abſoluiꝭ hō q̄n oporteat eū cōfiteri ꝓprio ſacer-
5° doti ſi ipe p̄cepit. Adhuc in ordinib⁊ angeloꝝ licet
vn⁹ angel⁹ ab alio alteri⁹ ordinis q̄nq̄ illumineꝭ vt
patꝫ ꝑ btī Dionyſij expoſitionē Eſa. 6. vbi dicꝭ. Uo
lauit ad me vn⁹ de ſeraphin vbi dicit ſctūs pr̄. i. ali⁹
q̄dā de iferiorib⁊ vice ſeraphin ⁊ a ſeraphin illumiat⁹
lꝫ inq̄ꝫ ita ſit nō tn̄ excipiꝭ ab illumiatōe ꝓprij ſupioꝝ
ſꝫ adhuc ſic̄ p⁹us recipit illumiatiōes etiā ab illo: g̃ cū
militās eccl̄ia deſcēdat a triūphāte: videꝭ ꝙ licꝫ vn⁹
hō ꝯfiteaꝭ alteri ⁊ abſoluaꝭ ab alio coadiutore ꝓprij
ſacerdotis nō tn̄ ꝓpt h̄ abſoluiꝭ a ſuo ꝓprio ſacerdote
q̄n teneaꝭ ꝯfiteri illi ſi voluerit. Jn ꝯtrariū aūt hu In ꝯriū p°
ius obijciꝭ: ponam⁹ em̄ ꝙ neſciat ꝓpri⁹ ſacerdos diſ
cernere inter leprā ⁊ nō leprā: cū igiꝭ dn̄s dicat: Lu
ce. 6. Si cecus cecū ducat ambo i foueā cadūt. videꝭ
ꝙ ille nō teneꝭ ei ꝯfiteri etiā ſi p̄cipiat. Si forte tu Sol̓o
dicas ꝙ debet licētiā petere ⁊ obtinere. Cōtra pona Obiectio.
mus ꝙ petat ⁊ obtinere nō poſſit ſicut multotiēs cō
tingit aut tūc obediet ꝓprio ſacerdoti aut nō: ſi obe-
dit i p̄cipitio erit ⁊ ꝑiculo: q̄ cec⁹ eſt: ſi nō obediet ha
beꝭ ꝓpoſitū. Si forte tu dicas ꝙ licētiā pōt petere a Sol̓o
ſupiori pōt eſſe ꝙ longe habitet ⁊ nō poſſit accedere Obiectio
ad eū vel ꝓpter vie diſpēdiū vel ꝑiculū: pōt etiā eſſe ꝙ
nō vult dare licentiā nec ſp̄ hō in tali caſu pōt adire
curiā: g̃ videꝭ ꝙ nō ſp̄ ſacerdoti ꝓprio in ꝯfeſſiōe faciē
da ſp̄ teneꝭ obedire. Adhuc ponaꝭ ſi ſacerdos pro 2°
prius ſit malicioſus ſicut ml̓ti ſūt ⁊ nitaꝭ in ꝯfeſſione
tētare de ꝯſēſu peti ſic̄ ſacerdotes pleriq̄ faciūt feīs
cōminātes ꝓditionē ꝯfeſſiōis niſi ei ꝯſentiāt ⁊ inten-
dētes tāgere ipudice i ſecreto ꝯfeſſiōis etiā ſupiores
ſcꝫ archiepi ⁊ epi faciūt ſil̓r ſicut certiſſime ſcio ꝙ in
plurib⁊ locis multi faciūt. videꝭ ꝙ in talib⁊ licētiā pe
tere eſt ꝑiculoſū: q̄ negabūt ⁊ tūc magis peccāt: g̃ vi
deꝭ ꝙ i tali caſu etiā p̄lato ꝓprio nō dꝫ obedire de cō-
feſſioe faciēda. Adhuc ponam⁹ ꝙ ſacerdos ſit here 3°
ticus occultus ⁊ in ꝯfeſſione nitaꝭ ꝑtrahere ad here-
ſim: ergo cum hoc maxime vitandum ſit. videꝭ ꝙ in
tali caſu etiam ex contemptu ꝓprij ſacerdotis poteſt
cōfiteri alij ⁊ nō tenetur proprio. Adhuc ponam⁹ 4°
ꝙ aliquis qui eſt parochianus vnius peccet in paro
chia alterius: conſtat ꝙ ſacerdos iudex quidē eſt ſpi-
ritualis: ſed rōne delicti efficiꝭ de iuriſditione alteri-
us iudicis qui alias de iuriſditione ſua nō eſſet: ergo
⁊ iſte efficitur in tali caſu de iuriſditione alterius ſa-
cerdotis: ille autē qui eſt de iuriſditiōe ⁊ delinquit iu
dici emēdare teneꝭ: ergo ⁊ iſte. Emenda autē eſt per
confeſſionē ⁊ iniunctā penitentiā: ergo videꝭ ꝙ tene
atur illi confiteri etiam reclamante ꝓprio ſacerdote.
Adhuc ponam⁹ ꝙ ipe mutauerit domiciliū ⁊ in 5°
alterius ꝑochia habitet: videtur ꝙ tūc nō teneatur
ꝓprio ſacerdoti confiteri: quia ꝑcipit ſacramenta in ec
cleſia illius in cuius ꝑochia habitat: ſed ille noſcere
eum teneꝭ per confeſſionē: ergo tenetur illi confiteri
⁊ non ꝓprio ſacerdoti vt videtur. Adhuc ponam⁹ 6°
ꝙ ſit vagabūdus per terras: ille em̄ ꝑ magnā loci di
ſtantiā remoueꝭ a ꝓprio ſacerdote in cuius ꝑochia
eſt nat⁹ cū igiꝭ nl̓li debeat generari difficultas ſalu-
tis in ſacramentis neceſſitatis. videꝭ ꝙ ille omni ſa-
cerdoti poſſit confiteri ⁊ nō teneatur alij q̄ꝫtumcūq̄
contrariū precipiēti. Adhuc ponamus ꝙ ſit infir- 7°
mus in articulo neceſſitatis cum nulli negeꝭ ſalus.
videꝭ ꝙ ille ſine licētia ſacerdotis ꝓprij poſſit ꝓximo
ꝯfiteri quē inuenerit: g̃ nō teneꝭ ꝓprio ꝯfiteri vt vide
tur. Generalius aūt obijciꝭ de eo ſic: ſacr̄m baptiſ 8°
mi ſi daꝭ ab alio q̄ꝫ a ꝓprio ſacerdote etiā ꝯtra obediē
tiā ſacerdotis ꝓprij i redeūte ad ſui ſacerdotis obediē
tiā nō reiteraꝭ: g̃ videꝭ ꝙ nec pnīa dꝫ itꝭari. Jtē iſtra 9°

diſt.xxxj.dicit̃ ꝙ nullū ſacr̃m iterat̃ ſup eandē mate-
riā:ḡ de eodē pctō nō deb; fieri bis cōfeſſio: eſt aūt ſe
mel facta coadiutori vel alteri de licētia ꝓprij ḡ nō de
bet iterari:ḡ ſi ſibi p̄cipiat cōfiteri ꝓprius.videt̃ ꝙ cō
10° feſſus obedire nō tenet̃ niſi voluerit. Itē cōfeſſio
vt ſupra habitū eſt ex verbis Aug.maxia pena eſt ꝓ-
pter verecūdiā quā h; adiunctā:ſed ſicut dr̄ Naū.I.
Non ꝯſurget duplex tribulatio:ḡ videt̃ ꝙ de eodem
pctō etiā ſi ſacerdos ꝓprius p̄cipiat non oportet bis
11° cōfeſſionē facere. Adhuc ſi eps dat licentiā clerico
vt ab altero ordinet̃:ꝛ ille ordinatus redeat ad ip̄m
nō pōt ei p̄cipe vt etiā a ſe recipiat ordinē:ḡ a ſimili ſi
ſacerdos det licentiā ꝯfitēdi alteri cū redierit nō pōt
12°. ab eo exigere vt etiā ſibi ꝯfiteat̃. Adhuc dando licē
tiā vtit̃ ptāte quā habet ſemel in anno:ḡ cū ſua nō te
neat̃ cōfiteri niſi ſemel in anno ꝛ ſacerdos ſuꝰ iā vſus
ſit ſua ptāte quā habuit ī eo:videt̃ ꝙ nō pōt eū coge-
13° re vt cōfiteat̃ iterꝫ. Ulteriꝰ querit̃ de ſupioribꝫ pre
latis vt ſacerdotibꝫ archidiaconis epis ꝛ hmōi q̄ ſint
eoꝝ ꝓprij ſacerdotes:videt̃ ꝙ nulli q: in nulla natu-
In oppoſi- ra motꝰ eſt motꝰ vel q̄etis quies:ḡ nec ſacerdotis ſa
tū arg.ꝑmo cerdos:ḡ nulli tenet̃ cōfiteri. Itē alius eſt gradus
2° ſupioris ꝛ inferioris ꝛ nō ſunt ꝑmiſcēdi:ḡ natura in
ſpūalibꝫ ſupior nō deſcēdit ſub iferiori: igit̃ ꝑ h̄ admi
3° nus papa nō habebit aliquē ꝯfeſſorē qd̄ falſū ē. Ad
huc ſupiores angeli nunq̄ȝ deſcēdūt ꝓpter acceptio-
nē ſctitatis ſub inferiores:cū igit̃ eccl'ia militās deſcē
dat a triūphante nec in militāti hoc debet fieri vt vi-
Solõ det̃. Rńſio dōm ſine p̄iudicio videt̃ ꝙ ſi aliq̄s de li
centia ſacerdotis cōfitet̃ alicui ꝙ illo anno niſi ꝑicu-
lum infirmitatis incurrat/ꝛ aliq̄d nouū cōfiteri ha-
beat ſacerdoti ſuo nō teneat̃ cōfiteri. ſi aūt confiteat̃
alij coadiutori ordinato ip̄i ſacerdoti a ſupiori ꝛ non
de licētia ſacerdotis ꝙ ip̄e tenet̃ etiā ꝓprio ſacerdoti
cōfiteri nec ille debet ei iponere pn̄iam niſi īdicādo ei
ꝙ q̄ȝcitius poterit ſe ꝓprio exhibeat ſacerdoti niſi in
Ad primū ꝛ 2m caſibꝫ exceptis q̄ ſūt q̄nq; vt infra dicet̃. Ad primū
ergo dōm ꝙ lic; nō eximat eū a ſua ptāte ꝑ hoc ꝙ li-
centiā dat tn̄ licentiā dando priuatus eſt ſua iuriſdi-
tione quo ad illū annū.ſecus autē eſſet ſi alius daret
licentiā.ſ.p̄latus ſacerdotis:q: ille nec intēderet im-
pedire iuriſditionē ſacerdotis nec etiā eximere ſubdi-
tū ſacerdoti a ptāte ſua.Et ꝑ h̄ patꝫ ſolutio ad ſeq̄ns.
Ad 3m Ad aliud dōm ꝙ ſacerdos ꝓprius miniſtrat ſacra
mēta ꝛ in tali caſu qn̄ ip̄e dat licentiā rōnabili de cau
ſa ip̄e cognoſcit pecoris ſui vultū ꝑ aliū fide dignum
Ad 4m ꝛ hoc ſufficit ad hoc ꝙ miniſtret ei ſacr̃a. Ad aliud
dōm ꝙ nullū ꝑiculum oritur ex hoc ꝙ ip̄emet dat li-
centiā:q: ſcit quibꝫ dat ꝛ ad quos:ſed ſi ſufficeret al-
terius q̄ȝ ꝓprij ſacerdotis licētia tunc poſſet oriri ꝑi-
Ad 5m. culum. Ad aliud dōm ꝙ in veritate angelus infe-
rior nō illuminat̃ niſi a ſupiori ꝓximo vel remoto:ꝛ
ita etiam fieri poteſt in eccl'ia:q: qd̄ pōt ſacerdos pōt
etiam ep̄s ꝛ multo amplius ꝛ ſic de alijs aſcēdendo
nec porpter hoc excipit̃ ab obediētia ꝓximi p̄lati ſed
ſi ſacerdos daret licētiā nō ſubderet̃ ei illo anno qui
dat hoc p̄ceptū ſicut etiā poſtq̄ȝ ſemel confeſſus eſt ſa-
cerdoti nō tenet̃ iterū cōfiteri nec ꝓpter hoc eximitur
ab obediētia ip̄ius.Et ſic ptꝫ ſolutio ꝑme partis ob-
iectionū. Hec aūt que dicta ſunt intelligēda ſunt de
eo tm̄ q̄ habet autoritatē imponendi pn̄ias a ſupiori
epiſcopo.ſ.vel legato vel papa:quia ad aliū eundi nō
poteſt dare ſacerdos ꝓprius licentiā.Et cauſa huius
eſt:quia licet ſacerdos poſſet ſubditū relaxare vt alij
confiteatur nō tamen poteſt tranſferre iuriſditionē
in eum q̄ habet alas ligatas ſed ſuperior tm̄:ꝛ ideo li
cet ſubditus in tali caſu poſſet alij cōfiteri nō tamen
quilibet alius poteſt eum audire. Ad ea autē que Ad obiecta
obijciunt̃ in oppoſitū ſalua meliori ſententia: videt̃ i ꝯrīū rn̄det
mihi dicendū ꝙ in quinq; caſibus ſm̄ ꝙ iuriſperiti
dicunt:debet querere licentiā alij confitendi q̄ȝ ꝓprio
ſacerdoti.ſ.ſi ſacerdos ſit deficiens in ſcientia vel etiā
malicia impediēte confeſſionē ſicut ſi ſollicitet ad pec-
catū.ſecūdo ſi peccet in ꝑrochia alterius.tertio ſi ha-
bitet in parochia alterius.quarto ſi vagat̃ ꝑ longū
iter.quinto in articulo neceſſitatis.Et in hoc vltimo
caſu vnicuiq; habenti alas ligatas ſiue ſolutas ſiue
clerico ſiue layco confitendū eſt dūmodo ſit fidelis.
Ad obiectum ergo dicendū ꝙ in tali caſu de licen- Ad ꝑmū in
tia poteſt alium querere. Ad obiectū contra dicen cōtrariū.
dum ꝙ obtenta credi debet licētia: quia rōnabiliter Ad obiectū
eſt obtenta ſcꝫ quādo ſacerdos vel prelatus eius au-
dit ꝛ probat cauſas rationabiles vel dicitur probaſ-
ſe:tunc em̄ etiam ſi negetur licentia meo iudicio pōt
ꝛ debet queri alter:quia alias fatuitas iudicat̃:quia
ordinati ōibꝫ eccl'ie oibꝫ cōtradicētibꝫ poſſum cauere
periculum in corpe ꝛ fatuū eſſet dicere ꝙ aliquo caſu
tenerer ſequi me volentem p̄cipitare in mente. Ad Ad 2m
aliud dicendū ꝙ etiam in illo caſu quādo tentat debꝫ
ſignificari ſuo ſupiori/ꝛ probabile eſt ꝙ compeſcat eū
ſi autem nō facit ſicut heu frequēter fit tūc debet oc-
culte alij diſcreto confiteri ne ſcandalū generet̃ ꝛ hoc
dico ſine p̄iudicio ſentētie melioris. Ad h̄ qd̄ obij- Ad 3m
citur de heretico dōm videt̃ ꝙ nec etiam in articulo
neceſſitatis tali confitendū eſt:ſed potius cum dolo-
re ſine confeſſione moriendū ſi alius cui confeſſio fiat
nō inueniat̃.In ſequētibꝫ autē q̄ttuor caſibus in q̄t-
tuor obiectis:patꝫ ſolutio ꝑ antedicta. Ad hoc au- Ad 8m
tem qd̄ obijcitur generaliter dicendū ꝙ non eſt ſimi-
le de baptiſmo ꝛ penitētia:quia baptiſmꝰ iterari nō
poteſt ꝛ huius cauſa ſuperius ſepe notata eſt ſed pe-
nitentia tanto melior q̄ȝto ſepius iteratur in cōtritio
ne cōfeſſione ꝛ ſatiſfactione. Ad aliud dicendū ꝙ Ad.9m
penitētia ꝛ cōfeſſio ſm̄ ꝙ ſubſunt clauibus iuriſditio
nis ſunt conſequētes ordinē ꝛ ideo quādo fiunt corā
nō habente iuriſditionē interpretant̃ nō eſſe facta:ꝛ
ideo nō bis fit quādo iterat̃:q: prior non fuit confeſ-
ſio ſacramētalis. Ad aliud dicēdū ꝙ illud qd̄ dicit̃ Ad 10m
Naū ꝑmo:nō intelligit̃ ſic ꝙ nulla penitētia duplex
fiat ꝓ eodē peccato: ſicut ſcriptū eſt Eſa.40.Suſce-
pit de manu dn̄i duplicia pro omnibꝫ peccatis ſuis:
ſed hoc modo intelligitur ſi debitam ſuſtinet penam
q: illam iterare nō oportet:dictū eſt autē ꝙ nō credi
mus debitam niſi fiat coram ſacerdote ꝓprio niſi in
caſibus ſupra aſſignatis. Ad aliud dicendū ꝙ nō Ad 11m
eſt ſimile:ꝙ ordo detur bene extra eccleſiam: tamen ꝛ 12m
in forma eccleſie ſicut ꝛ baptiſmus: ſed non ſic eſt de
confeſſione in qua nō imprimit̃ caracter ꝛ eſt ibi actꝰ
hoīs penitētis:ꝛ ideo non valet niſi coram miniſtro
ꝓprio vel eo qui licentia ſupioris ꝛ conſenſu ſacerdo-
tis habet vicē ꝓprij vt dictū eſt. Ad id qd̄ vlterius Ad 13m
q̄rit̃ videt̃ dōm cū quibuſdā iuriſꝑitis ꝙ pōt ſacer-
dos ꝛ epiſcopus:ꝛ p̄cipue ep̄s eligere ſibi confeſſorē
quē vult iuxta ſe:quia ꝓpter ꝑiculū ſalutis nō eſt ſibi
h̄ negādū cū ſit difficile ꝓ ꝯfeſſore q̄ ſꝑ ad manū īdige
ret p̄lati ꝓpter ſacr̃a q̄ nō niſi mūdi tractare pn̄t lōge
diſcurrere. Ad obiectū ꝯ dōm ꝙ ſic̄ dicit ph̄s medi Ad obiectū
cꝰ ſanat ſeip̄m nō inq̄ȝtū medicꝰ ſed inq̄ȝtū laborās

ita etiã ſacerdotē cōtingit eſſe ſacerdotis.ſ.inq̄ʒtū ſa⸗
cerdos eſt vice ſubditi in infirmitate pctī ⁊ nō inq̄ʒtū
ſacerdos exiſtens de gradu altiori. Qr aūt dicit phs
nō eſſe motū motus dōm ꝙ ſic intelligiť ꝙ nō eſt mo
tus ad motū vt generatio ad generationē ⁊c̄. ⁊ ſic ſa
cerdos nō eſt ſacerdotis ſed infirmi pctōꝛis cui acci⸗
Ad 3m. dit eſſe ſacerdotē. Ad aliud dōm ꝙ hoc negauerūt
quidã antiq̄ dicētes ſupiores ab inferioꝛibꝫ quaſdã
ꝑcipe illumiatiōes. ꝓpter illud Eph.3. vt innoteſcat
ṗncipibꝫ ⁊ ptãtibꝫ ī celeſtibꝫ ꝑ eccl'iaʒ ⁊c̄. Et de h̄ ſuꝑ
ſcōm eſt diſputatū. Tn̄ ego puto ꝙ verū eſt ſicut di⸗
cit obiectio. vn̄ dōm ꝙ aliud eſt in ſubiectis ꝯfirma⸗
tis ⁊ aliud in hoīb. vn̄ in ſupioꝛibꝫ hoībꝫ inuenitur
pctī infirmitas rōne cuius indigēt q̄nq̃ʒ auxilio infe
rioꝝ ſed non ſic eſt in angelo: et hoc eſt qđ dicit apl's
Heb.5. Qm̄ ⁊ ipe circumdatus eſt infirmitate ⁊ ꝓ⸗
pterea debet queadmodū ꝓ ppl'o: ita etiã ꝓ ſemetipo
offerre ꝓ pctīs. Et loquiť de infirmitate pctī.

Ar. XLIII. X.2. **An aliquis ex priuilegio pōt audire eos qui ſunt alterius ſubditi.**

Quinto queriť vtrū aliq̄s ex priuilegio poteſt
Arg. pmo. audire eos q̄ ſunt ſubditi alterius. Videtur
aūt ꝙ ſic: q2 ex ṗuilegio principis aliq̄s q̄ eſt
ſubditus alicuiꝰ pōt eximi ab ipo ſine p̄iudicio eius
cuiꝰ eſt ſubditꝰ: ḡ ex priuilegio etiã pōt ꝯferre iuriſdi
2º tionē q̄ʒtū ad cōfeſſionem in ſubditū alterius. Ad
huc inferioꝛ p̄latus nō habet iuriſditionē aliquã in
ſubditū aliquē niſi ex autoꝛitate ſupioꝛis: ḡ ſi ſupioꝛ
limitet vel minuat autoꝛitatē nō facit p̄iudiciū ad h̄
ḡ ſi aliū mittat q̄ etiã audiat ſubditos nō eſt preiudi⸗
3º ciū. Adhuc ṗncipi licʒ qđ vult facere dūmodo vo⸗
lūtas ſua cōitati ſit vtilis: cōſtat aūt ꝙ vtile eſt mul⸗
tos ꝯſtituere q̄ audiãt multitudinē ⁊ dubia expediãt
⁊ abſoluãt: ḡ videť ꝙ ml'tis ṗuilegiū ꝯfeſſiōis alios
4º audiēdi cōferri poſſit ſine cuiuſcūq̃ʒ p̄iudicio. Ad
hucq̄ſcūq̃ʒ pōt audire inferioꝛ pōt etiã audire ſupioꝛ
ſed nō cōuertiť: ḡ de ptãte ſua pōt alios mittere ad
audiendū ⁊ priuilegiū eis de hoc dare. Adhuc.1.
5º Paral'.29. legiť ꝙ dauid ampliauit cultū dn̄i q̄ lau
datus eſt in h̄ ꝙ cōſtituit vigintiquattuoꝛ ſummos
ſacerdotes: vt magis poſſet ppl's expediri: ḡ videtur
6º ꝙ etiã illud laudabile ſit ꝙ ṗuilegiū audiēdi multis
cōferať. Adhuc.4. Reg.17. Miſit Ezechias nū
cios diſcurrētes q̄ monerent ppl'm vt reuerteret ad
dn̄m deū patrū ſuoꝝ: ⁊ cōſtat ꝙ nō erãt leuite: ḡ ⁊ in
no. teſt debēt aliq̄ nūcij eſſe ſacerdotibꝫ ſuboꝛdinati q̄
audiēdo ppl'm moneãt ipm vt reuertať ad dn̄m deū
7º patrū ſuoꝝ. Adhuc Heſter.8. Aſſuerus miſit ve⸗
redarios celeres nuncios p̄ferētes q̄ ſuboꝛdinabanť
p̄poſitis.127. prouinciarū qui nūciabãt liberationē
ppl'i dei: ḡ in no. teſt. ſine oī p̄iudicio debēt eſſe hmōi
nūcij ad ppl'i liberationē in audiēdis ꝯfeſſionibꝫ oꝛdi
nati. Alijs etiã infinitis modis h̄ ꝓbari poſſet: ḡ vide
tur ꝙ ꝯſtitui poſſint ⁊ debeãt aliq̄ ex ṗuilegio p̄dican
tes ⁊ ꝯfeſſiones audiētes/⁊ in h̄ nulli videť p̄iudiciū
In ꝯ̄riū pº generari. Sed in ꝯ̄riū huiꝰ obijciť ſic. In iniuriã
alicuiꝰ nō ſūt ꝯferēda ṗuilegia: ſed ſubditos alicuiꝰ
ſine volūtate eius ad aliū ire eſt in iniuriã eiꝰ q̄ p̄latꝰ
2º eſt eis: ḡ de h̄ nō debet alicui cōferri ṗuilegiū. Itē
eſto ꝙ aliq̄s habeat ṗuilegiū audiēdi. q̄riť vtrū ſacer⸗
dotes ⁊ epī pn̄t ꝓhibere ſuis ne ꝯfiteanť ei. Videtur
ꝙ ſic q2 ꝑ ṗuilegiū illđ nō eximūť a ptãte ſuoꝝ ſacer⸗
dotū: ḡ ſicut an̄ tenebanť ei obedire ne alij cōfiterenť
ita ⁊ mō: ḡ ſi ꝓhibet ſacerdos nō debēt ꝯfiteri ei qui
habet priuilegiū. Item cui incūbit ſollicitudo de 3º
curãdis ouibꝫ in ſacroꝝ adminiſtratiōe ⁊ reddēdi ra
tione: illi etiã incūbit cui ⁊ q̄n ꝯfiteanť: ḡ ſine ſua licē
tia nō debēt ire ad aliquē: ḡ etiã licʒ ſit aliq̄s ṗuilegia
tus nō tn̄ pōt audire ſubditos alteriꝰ ſi ille ꝓhibeat
Adhuc licʒ iſte ſit ṗuilegiatꝰ audire tn̄ ſubditos ſa 4º
cerdotis nō eſt ṗuilegiatꝰ ſuo ſacerdoti nō obedire ḡ
ſi ꝓhibeat ei ne ṗuilegiato ꝯfiteať: ipe debet obedire
nō ꝯfitēdo ⁊ ex h̄ ſequiť ꝙ ille q̄ ṗuilegiū habet nō au
diet licʒ ſit ṗuilegiatꝰ. Sed cōtra bn̄ficiū ṗuilegij In ꝯtrariū
nō eſt reijciendū ita vt ſit inutile ei cui dať: ſʒ ſi retra ꝓ veritate
hi pn̄t ꝯfitētes ne priuilegiato ꝯfiteanť erit ſibi inuti dicit pmo.
le ṗuilegiū: ḡ videť ꝙ etiã in inhibitiōe ſacerdotis re⸗
trahi nō pn̄t ne ꝯfiteanť alicui ṗuilegiū de hoc habē
ti Itē cui ꝯcediť bn̄ficiū aliqđ ac ṗncipale ei ꝯcediť 2º
etiã acceſſoꝛiū ſine q̄ ṗncipal'r ꝯceſſū exerceri n̄ pt: ſed
auditꝰ ꝯfeſſiōis nō pōt eſſe niſi aliq̄s ꝯfiteať: ḡ videť
ꝙ cui ꝯcediť ꝯfeſſiōes audire: cōcediť etiã ſubditis vt
illi poſſint ſine licētia alteriꝰ ꝯfiteri Sol'o videť ſi Sol'o.
ne p̄iudicio dōm ꝙ ṗuilegiū audiēdi ꝯfeſſiones reli⸗
gioſis ⁊ honeſtis ꝑſonis vtile eſt ꝯcedere. Et ꝯfirma
tur ve. ⁊ no. teſtamēti autoꝛitate. ⁊ ve. teſta. plura in
ducta ſunt. De nouo aūt Luc.14. habeť vbi pr̄fami
lias miſit ſeruos ſuos q̄ exirēt in vias ⁊ ſepes ducere
⁊ cōpellere intrare vt ipleret domus dei ⁊ h̄ p̄cipue
tēpoꝛibꝫ nouiſſimis neceſſariū eſt q̄n inſtant tpa ꝑi⸗
culoſa ꝓpter abundantiã malicie. Et ſi conferať pri⸗
uilegium poſſunt audire priuilegiati omnes: quos
mouerint vērbo ⁊ exemplo ad penitentiã in predica
tione: vnde cōcedo partem primã huius diſputatio⸗ Ad primū
nis. Ad id aūt qđ obijcitur in contrariū eſt dicen⸗ in ꝯtrariū
dum ꝙ nullum preiudiciū in hoc fit alicui: quia etiã
ſacerdos vel alius prelatus nō habet aliquã iuriſdi⸗
tionē in ſubditos niſi inq̄ʒtum deſcendit a capite et
ideo ſi alij vocanť ⁊ priuilegianť in adiutoꝛium eius
nō eſt preiudiciū ſed ſolatiū p̄cipue cum fructus pro⸗
uentuū ex hoc ſibi in nullo diminuãť. Ad hoc qđ Ad 2m
vlterius queritur dicendū ꝙ ſi priuilegiū tale conce
dereť meo iudicio: priuilegiatus debet inducere ſub
ditos vt ſibi confiteantur de conſciētia ⁊ licentia ſui
ſacerdotis. Si autem ſacerdos hoc malicioſe impe⸗
dire vellet non poſſet: quia in hoc non tenenť ſubditi
ſui ei obedire. Qui autē dat priuilegia per ꝯſequens
dare videť ſubditis poteſtatē confitendi ṗuilegiato:
quia aliter gratia quã facit fruſtrareť. Ad aliud Ad 3m
dōm ꝙ ſollicitudinē nō habet ſacerdos niſi ex volun
tate ſupioꝛis ⁊ ideo debet p̄ſumere ꝙ miſſi ab ipo be
ne diſponant populū ad ſalutē nec reddet rationem Ad 4m
de illo. Ad vltimū dicendū ꝙ iſto priuilegiato ad
audiendū ꝑmiſſum eſt alij ſibi confiteri: quia qui cō⸗
cedit ṗncipale cōcedit ⁊ acceſſoꝛiū ſine quo illud ṗn⸗
cipale fieri nō poteſt ſicut dictū eſt in obiectione que
in contrarium adducebatur.

**An aliquis priuilegiato confeſſus teneatur etiã confiteri proprio ſacerdoti.** Ar. XLIIII Y.2.

Sexto queriť vtrū poſtq̃ʒ confeſſi ſunt ṗuile⸗
giato ſi aliquis talis ē teneať etiam proprio Arg. pmo.
ſacerdoti ꝯfiteri. Et videť ꝙ ſic: p̄ceptū eſt em̄
ſacerdoti ꝓprio: diligēť agn̄ſce vultū pecoꝛis tui: ſʒ nō
p̄t agn̄ſci niſi ꝑ ꝯfeſſionē vultꝰ ſpūal' pecoꝛ: ḡ ſacerdos
ꝓpriꝰ teneť audire ꝯfeſſiōes eoꝝ ḡ ⁊ illi tenēť ei ꝯfite
ri. Adhuc Hiere.33. dr ꝙ trãſibūt greges ad manū 2º

numerãtis ſed manus numerãtis tangit ſingulas:
ꝰ ⁊ manus ꝓbantis ſacerdotis debet tactu ꝯfeſſio-
nis ⁊ cognitiõis ſingulas oues mẽſurare:ſed hoc nõ
3º põt eſſe niſi ꝑ ꝯfeſſionẽ:ꝰ tenet̃ ei ꝯfiteri. Itẽ Ioh.
10. dicit̃ ꝙ bonus paſtor ꝓprias oues vocat noiatim
⁊ ante eas vadit ⁊ ꝙ noſcit ſuas ⁊ ꝙ ſue noſcãt eum.
hec autẽ oĩa nullo modo ſine ꝯfeſſione fieri pñt: ꝰ cui
cũqꝫ ꝯfeſſi ſint ſubditi videt̃ ꝙ adhuc tenent̃ cõfiteri
4º ꝓprio ſacerdoti. Adhuc Actuũ.20. dicit paulus.
Attendite vobis ⁊ vniuerſo gregi in quo vos poſuit
ſpũſſctũs ep̃os regere eccl'iam quã acq̃ſiuit ſanguĩe
ſuo ſed nõ ꝑue eſtimatiõis eſt qđ emit̃ ſanguĩe xp̄i:ꝰ
cũ omni ſollicitudine vidẽde ⁊ noſcẽde a ſuo paſtore
ſunt oues:tales autẽ nullo mõ ſufficiẽter noſcuntur
niſi ꝑ ꝯfeſſionẽ in qua homo totũ cor ⁊ ꝯſciẽtiã mon-
5º ſtrat ſacerdoti:ꝰ videt̃ ꝙ tenet̃ ei ꝯfiteri. Adhuc.1.
Theſ.5. dicit apl's. Corripite inq̃etos conſolamini
puſillanimes/ſuſcipite infirmos/patientes eſtote ad
oẽs:ſed hoc nullo mõ põt fieri niſi noſcant̃ tales vel
tales eſſe:ꝰ noſci debent ſed noſci cõgrue nõ poſſunt
niſi ꝑ ꝯfeſſionẽ:ꝰ oẽs ſuo ſacerdoti tenent̃ ꝯfiteri etiã
Sol'o cuicũqꝫ ꝯfeſſi ſint alij. Si aũt tu dicas ꝙ noſcit ꝑ
Obiectio aliũ. Cõtra hoc nõ generat niſi opinionem/⁊ opinio
nõ ſufficit ad iudiciũ humanũ: ꝰ multo minus ſuffi-
ciet ad iudiciũ diuinũ ⁊ hoc eſt in penitentia: ꝰ non
6º ſufficit in pnĩa. Adhuc Heb.13. Obedite p̃poſitis
veſtris ipi em̃ ꝑuigilãt q̃ſi rationẽ reddituri ꝓ anima
bus veſtris:ſꝫ video ꝙ rõnẽ reddere debemꝰ etiã de
tẽporalibꝫ:ꝑ ſeip̃m q̃rit cognoſcere computum: ergo
multo magis in diuinis hoc exigit̃:ergo ſacerdos ꝑ
In ꝯ̃riũ p̃º ſeip̃m habet cognoſcere de ꝯfeſſione. In ꝯtrarium
aũt huius ſic obijcit̃.ſi aliq̃s ꝯfiteat̃ ꝑuilegiato con-
ſtat ꝙ eſt abſolutus:q2 aliter nihil valeret ꝑuilegiũ:
ſed abſolutus nõ tenet̃ ꝯfiteri:ꝰ ille nec ſacerdoti nec
2º alij confiteri tenet̃ plus illo anno. Adhuc magiſter
Hugo de ſctõ victo.in li.de ꝑtãte ligãdi ⁊ abſoluen-
di dicit ꝙ inter cetera vincula abſoluit ſacerdos au-
diens cõfeſſionẽ. vñ ⁊ primũ eſt ꝙ abſoluit a debito
confitẽdi quo deꝰ eũ ligauit cũ eum in ꝯtritiõe abſol-
uit a debito mortis eterne:ſed abſolutus a debito cõ
fitendi nõ tenet̃ alicui ꝯfiteri: ꝰ cum iuſte ſit cõfeſſus
3º nõ tenet̃ cõfiteri ꝓprio ſacerdoti. Adhuc ſi aliquis
cõfiteat̃ penitẽtiario ſuꝑioris nõ poſtea tenet̃ ꝯfiteri
etiã inferiori:ſed priuilegiatꝰ eſt quaſi quidã penitẽ-
tiarius ꝑticularis dñi pape:ꝰ ſibi cõfeſſus nõ tenet̃
4º alicui amplius ꝯfiteri. Adhuc nunq̃ꝫ ſunt duo re-
media oĩno eiuſdẽ ſpeciei ꝯtra morbũ vnum:ꝰ nec in
ſpũalibꝫ ſic debet eſſe:ſed ſi iſte due cõfeſſiones eſſent
remedia oĩno ſil'ia ⁊ eiuſdẽ ſpeciei ꝯtra morbũ vnum
ergo videt̃ ꝙ nõ eſſe debeãt:ꝰ ꝯfeſſus vni non tenet̃
5º ꝯfiteri alteri. Adhuc natura nõ abũdat in ſuꝑfluis
nec deficit in neceſſarijs. Et hoc eſt ideo vt dicũt phi:
q2 ordinatiſſima eſt:ſed opus diuinũ ordinatiꝰ eſt q̃ꝫ
opus nature:ꝰ nec ip̃m abundat ſuꝑfluis:ſed ſuper-
fluũ eſt ponere duo cũ vnũ ſufficiat: ergo videt̃ ꝙ cũ
tm̃ vni facta ꝯfeſſio valeat ꝙ nõ teneat̃ ꝯfiteri alteri.
Sol'o. Rñdeo ſine p̃iudicio ꝙ ſi priuilegiũ audiẽdi cõfeſ-
ſiones ꝑ modũ ſupra dictũ daret̃ alicui:ſicut datum
eſt ꝑuilegiũ audiẽdi eos quos monẽt aliq̃ verbo ſue
p̃dicatiõis firmiſſime credendũ eſt ꝙ ꝓpter nimiã ſa-
cerdotũ negligẽtiã hoc ſummus pontifex dedit:quia
pctĩs nr̃is creſcentibꝫ in hoc fine ſeculi etiam ꝑpauci
inueniunt̃ ſacerdotes q̃ veri ſint paſtores: ſed potiꝰ
vicarij conducti precio vili ⁊ qđ abominabiliꝰ eſt nec
ſunt ꝑpetuati in multis terris/ſed cõducti ad annũ
vel etiã ad dimidiũ vel menſem. Et hec oĩa ſcio q2 vi
di/ita vt videatur impleri illud Ezech.13. Pro frag-
mẽto panis ⁊ pugillo ordei corrũpebant me ⁊ meũ
ppl'm. ⁊ ideo ſatis neceſſarij ſunt q̃ vita ⁊ ſcĩa popu-
lũ audiant ⁊ abſoluãt:tñ ꝓpter officiũ paſtorale ⁊ re
uerentiã ſacerdotum ⁊ q2 non eſt detrahendũ eis co
ram ſubditis videt̃ ꝙ abſoluẽs ꝑuilegiatus deberet
iniũgere ꝯfeſſo ſibi q̃tenus adminꝰ in generali oſtẽ-
dat ſe ꝓprio ſacerdoti ſi paſtor eſt vel etiam ꝑpetuus
vicarius. Si autẽ cõductus eſt ad tẽpus tunc videt̃
ꝙ nõ oportet. Ad id autẽ qđ contra obijcit̃ dõm Ad primũ
ꝙ talis ꝯfeſſus abſolutus eſt:ſed tñ abſolutꝰ debet in ꝯtrariũ.
innoteſcere ſue eccl'ie gubernatori q̃ eſt ſacerdos pro
prius ⁊ ideo debet ſe oſtẽdere ſacerdoti adminus in
genere pctõꝝ in quibꝫ fuit. Et etiã ꝓpter ꝯſcientiam
ſacerdotis ⁊ vt ſit ſecurꝰ de ip̃o:q2 debet ei miniſtra
re ſacramẽta ⁊ rõnem reddere ꝓ ip̃o. Ad aliud di- Ad 2m
cendũ ꝙ ſicut dictũ eſt ille abſolutus eſt corã deo:ſed
tñ multa exigunt̃ ab ip̃o:q2 nullus eſt adeo abſolutꝰ
q̃n ꝓpter contẽptũ miniſtroꝝ eccl'ie poſſit iteꝝ incide
re in pctm̃ mortale:⁊ ideo vt aſſecuret ſuũ guberna-
torẽ tenet̃ ei ſe in genere oñdere ſi ille voluerit. Ad Ad 3m
aliđ dõm ꝙ etiam ſi ꝯfiteat̃ penitẽtiario ſuꝑioris ad
huc vtile eſt ne penitẽtiarius diſſoluat ordinẽ eccl'ie
⁊ officij ſacerdotũ ad ppl'm ⁊ in aliquo remittat eum
ad ꝓpriũ ſacerdotẽ. ⁊ crederẽ grauiter peccare penitẽ
tiariũ qui h̃ nõ faceret:tñ ſi nõ remittit tunc dicendũ
ꝙ ſecus eſt in illo q2 penitẽtiarius ſuꝑioris vice ſuꝑio
ris imponit penitẽtias/⁊ ita eſt ſufficiẽs p̃ſumptio ſa
cerdotis ꝙ bene oĩa facit nec habet de facto ſuꝑioris
iudicare:ſed alij ex ꝑuilegio audiẽtis ſunt vocati q̃ſi
in ſubleuamẽ negligẽtie ſacerdotũ ⁊ illoꝝ magis eſt
cauere ne diſſipẽt officiũ ſacerdotũ ad ppl'm ⁊ reuerẽ
tiã ppl'i ad ſacerdotes:⁊ iđ nõ eſt ſil'e qđ ꝓ ſili ĩducit̃
Ad aliud dõm ꝙ multiplicata reuerẽtia valet ad Ad 4m
morbũ latentẽ ⁊ grauẽ:q2 etiã nõ curant morbũ tñ
faciũt ad ſanitatis ꝯfirmationẽ:ſed h̃ nõ eſt aliud:q2
obligat̃ ſacerdoti ⁊ ꝓpter cautelã abundãtẽ vadit ad
ꝑuilegiatũ. Ad aliud dõm ꝙ etiã natura ml'ta fa- Ad. 5m.
cit ad ꝯfortationẽ ſpẽi vt poſſit reſiſtere alterationibꝫ
ſeq̃ntibꝫ ⁊ illa nõ ſũt ſuꝑflua ⁊ ita eſt etiã in opibꝫ gr̃e
vñ etiã ab eo q̃ p̃ſidet vtilitati eccl'ie tales qñqꝫ mit-
tunt̃ ꝓpter abundãtẽ cautelã ad ꝯfortationẽ ppl'i in
pnĩa ⁊ ꝯfeſſione. Et ꝑ h̃ patꝫ ſolutio ad totũ.

## An aliquid vtilitatis cõſequat̃ ſi quis cõ fiteatur priuilegiato. Arti. XLV B.3.

Eptimo q̃rit̃ q̃d vtilitatis ꝯſeq̃t̃ a ꝑuilegiato
s licꝫ iã fere determinatũ ſit ex p̃cedẽtibꝫ tñ ſine
diſputatiõe ad hoc dõm ꝙ tres vtilitates cõ
ſequunt̃ adminꝰ. Una eſt abſolutio ꝑfecta q̃ dupli-
cata facit pene debite diminutionẽ ⁊ gr̃e ꝯfortatio-
nẽ. Scđa eſt abũdãtia ꝯſilij ex q̃ efficit̃ penitẽs ſecu-
rior de pnĩe ſibi iniũcte ſufficiẽtia. Tertia ẽ multipli
citas orõnũ ⁊ teſtiũ coram deo:q2 q̃ꝫto pluribꝫ ꝯfitet̃
tanto plures apud deũ habet interceſſores ⁊ teſtes.

## An definitiones ſcandali ſint bone. Ar. XLVI. B.3.

Einde queritur de hoc qđ dicit ibi [Sꝫ etiã
d in tãto ſcãdalo ⁊c̃.] ẽ.a. Queremꝰ aũt de ſcã
dalo:primo quid ſit. ſcđo de ſcandali diuiſio-
ne. tertio vtrum ſit peccatũ ſpeciale diuiſum ab alijs
peccatis vel ꝯiunctũ alijs ſemꝑ. quarto vtrũ ſit mor
tale pctm̃ vel nõ. quinto vtrũ ſcãdalizare aliq̃ modo

Diffinitio cōueniat leſis.ſexto quoꝝ ſit ſcandalizari.ſeptimo q̄
ſcandali. ſunt dimittēda ꝓpter ſcādalū ꝛ q̄ nō. Ad primū ho
rum ſic ꝓcedit᷑ Matth.18.ſuꝑ illō Ue mūdo ab ſcā
dalis.dicit glo.Scādalū eſt dictū vel factū minus
rectū aliis p̄bens occaſionē ruine.Alia autē notifica
tio ſcādali habet᷑ ſuꝑ illud Num.31.Ulciſcere p̄us
filios iſrl' ꝛc̄.ſic Scādalū eſt vbi recte ābulanti dece
Arg.primo ptio ſubmittit᷑ ad ruinā. Obiicit᷑ autē ſic ꝯtra pri
ꝯtra p̄mā. mā q꞉ omne pctm̄ qd̄ eſt in dictis vel factis eſt occa
ſio ruine alteri:ḡ omē pctm̄ in dictis ꝛ factis exiſtēs
2o eſt ſcandalū qd̄ falſum eſt. Adhuc omē pctm̄ proce
dēs ad noticiā ꝓximi eſt obex poſitus recte ambulā
ti:ſed omē pctm̄ in dictis vel factis exn̄s eſt ꝓcedens
q̄tū eſt de ſe ad noticiā ꝓximi:ḡ omē pctm̄ in dictis
ꝛ factis exn̄s eſt obex poſitus recte ambulāti qd̄ fal
Solo. ſum eſt:q꞉ multi peccāt ꝛ nō ſcandalizāt. Si forte
dicat᷑ ꝙ pctm̄ qd̄ eſt in dictis vel in factis efficit᷑ ſcan
In ꝯtrariū dalū qn̄ aliquis ruit exēplo ipius.Cōtra accidit pec
cāti ꝙ aliqs ruit ad exēplū ipius vel nō ruit:ḡ ſcanda
lū ꝑ accn̄s eſt in ſcādalizāte ꝛ ꝑ ſe in ſcādalizato:ſꝫ in
quo ꝑ ſe eſt:illius eſt ꝛ illi iputat᷑:ḡ ſcandalū magis
eſt i ſcādalizato ꝛ ſibi iputat᷑ qd̄ eſt ꝯtra totā ſcriptu
Queſtiūcl'a rā que ſemꝑ culpat ſcādalizātes. Ulterius querit᷑
prima. quare nō ponit᷑ pctm̄ cordis.videt᷑ em̄ illō poſſe eſſe
Obiectio occaſio ruine:q꞉ cor ꝓdit ad noticiā ꝑ ſigna:ḡ pōt eē
occaſio obicis:ḡ eſt ſcādali occaſio:ḡ ipm poni debet
Arguit᷑ p̄o vt videt᷑. Obiicit᷑ etiā ꝯtra ſcdam diffinitionē nō
ꝯ ſcdam dif tm̄ recte ambulātes ſcādalizant᷑ ſed etiā alii:ḡ male
finitionē dicit᷑ ibi recte ambulāti. Adhuc nō ſꝑ eſt deceptio
2o in ſcādalo:ſed etiā iſte ſcit ꝙ male facit imitādo:ergo
3o male dicit deceptio ſubmittit᷑. Itē nō intereſt ad ca
ſum ad obicē vtrum occultus ſit obex an manifeſtus
dū deiiciat ambulantē:ergo ſimil'r eſt in via morum
Solo ergo nō oportet ſemꝑ eſſe deceptionē. Rn̄ſio dōm
ꝙ ſcandalū eſt grecū ꝛ tm̄ ſonat in latino q̄tū impa-
ctio vel caſus:vn̄ in ſcandalo ſpūali qd̄ trāſſumptiue
dicit᷑ ſcādalū opꝫtet aliqd eſſe ad qd̄ fiat impactio vel
caſus:ꝛ hoc eſt pctm̄ obuiās recte ambulāti inq̄tū
obuians:dico aūt recte ambulantē oēs ꝛ illū qui in
illo tēpore in quo eſt nō deuiat vt dicat᷑ rectū eſſe illō
qd̄ recedit a curuitate pcti vel deuio:ꝛ ita cōprehen
dunt᷑ oēs actus ſub recto q̄ liciti ſunt.i.qui nullo p̄ce
pto ꝓhibent᷑:ſic em̄ diffinit᷑ licitū.1.Cor.10.in glo.
ſuꝑ illō Oīa mihi licēt:ſꝫ nō expediūt.Dico autē ob
uiās inq̄tū obuiās:q꞉ ſi pctm̄ hr̄et circūſtātiā faciē
tē ipm nō obuiare recte ābulāti.nō eſſet ſcandalū ſic
eſt circūſtantia occultatiōis.Circūſtātia autē faciēs
ipm obuiare pedibꝫ recte ambulātis eſt illa q̄ ponit
pctm̄ ante eū:ꝛ hec eſt illa q̄ dicit᷑ manifeſte.Hec em̄
corā recte ambulāte in via moꝝ ponit pctm̄ obicem
Ad primū. ipedientē greſſus opeꝝ Ad p̄mū ḡ dōm ꝙ h̄ eſt falſū
oē dictū q꞉ nō oē dictū vel factū eſt manifeſtū i ſpecta
culo recte ambulantiū ꝛ nō de ſe ꝓdit ad noticiā qn̄
Ad 2m eſt occultū. Ad aliud dōm eodē modo ꝙ nondū ſe
ꝓdit qn̄ occultat᷑ ꝛ claudit᷑:ſubtrahit᷑ em̄ q̄ſi de via
Ad obie moꝝ qn̄ ſubducit᷑ noticia ꝓximoꝝ. Ad aliud dōm
ctionem. ꝙ circūſtantia nō eſt oīno accn̄talis actui:ꝛ hoc patꝫ
in moralibꝫ vbi ſpecies recti ꝛ obliq̄ diſtinguunt᷑ per
qn̄ oportet ꝛ q̄tum ꝛ vbi ꝛ quibꝫ auxiliis ꝛ cur ꝛc̄.
patet etiā in locis rhetoricis a quibꝫ trahunt᷑ argu
mēta accuſatiōis vel defenſionis rei a circūſtantiis
ꝛ ideo nō ꝑ accn̄s cōuenit omni pctō qd̄ ei cōuenit ꝑ
circūſtantiā.Eſt autē vna circūſtantiaꝝ aperta.ꝛ iō
de ſe habet ꝙ eſt ſcandalum quādo eſt apertū.Ex au

tem alius cadat vel nō hoc eſt illi contingēs:q꞉ ſcan
dalū nō eſt ſola cauſa ruine:ſed exigit etiā cauſam ex
parte alterius imitātis ipm in pctō.vnde ſiue ille ca
dat ſiue nō iſte tn̄ dedit q̄tum eſt de ſe occaſionē rui
ne:occaſio autē dicit᷑ imꝑfecta cauſa que ſecum exi
git aliā p̄ncipaliter cauſantē quā excitat ꝛ inuitat ad
cauſandū ꝛ hmōi in ſcādalo eſt volūtas imitātis ſcā
dalizantem in pctō qd̄ ante oculos eius ponit. Ad Ad queſtiū
aliud dōm ꝙ pctm̄ cordis de ſua rōne occultū eſt:q꞉ culam.
pctm̄ cordis eſt diſcretiue dictū:qd̄ ita eſt cordis qd̄
nō eſt oris vel opis. Ad obiectū autē dicit᷑ ꝙ ſignū Ad obiectū
multiplex eſt.ſ.cōmune ꝛ cōuertibile ſignū:cōmune
nō certificat ſed facit exiſtimationē debilē ꝛ ideo non
eſt ſcandalū. Signū aūt ꝯuertibile equipollet cau
ſe vt dicit ph̄us ꝛ tale nō eſt manifeſtū in pctō cordis
Si autē eſſet inueniret᷑ aliqd qd̄ ipm peccatū in ſpe
cie ꝓpria oſtēderet ꝛ coram oculis poneret recte am
bulātis:ideo nō eſſet pctm̄ cordis tm̄:ſed ad peccatū
oris vel operis reduceret᷑. Ad id qd̄ obiicit᷑ in ꝯtra Ad p̄mū ꝯ
rium dōm ꝙ nō recte ambulās inq̄tum hmōi non ſcdam diffi.
ſcādalizat᷑ quia inuitās ad pctm̄ nō accipit extra in
pctō:ſꝫ cām ſui pcti habet intra/ſꝫ recte ābulās ꝛ nō
diſtorte ambulās ille em̄ pctm̄ imitās cū nō habeat
intra extra accipit in pctō proximi ſibi obuiāti in via
moꝝ. Ad aliud dicendū ꝙ deceptio large hic ſumi Ad 2m
tur ꝓ nō prouiſo:ſubito em̄ preter ſpem obiicit ſe pec
catū ſcandali inuitātis ad pctm̄ ex parte ſcandalizati
ꝛ hoc dicit᷑ hic deceptio:q꞉ cū ꝓximus inq̄tū eſt ima
go dei ad bonū debeat inuitari p̄ter p̄uiſionē obiicit
occaſionē ruine. Sed tunc obiicit᷑ q꞉ ſc̄m hoc ſi pre Obiectio.
uideat᷑ pctm̄ publicū futuꝝ nō erit ſcandalū ꝛ ita ite
rum ſequeret᷑ ꝙ accideret ei ſcandalū eſſe ex parte ſcā
dalizati:ex hoc ꝙ p̄uideret᷑ vel non p̄uideret᷑. Re Solo
ſponſio ꝙ eſt p̄uidentia duplex ſcꝫ ſpeculatiua ꝛ pra
ctica:Speculatiua nō inuitat ad peccatū:q꞉ ſic oēs
p̄meditātes pctā aliqua ad peccatū moueret᷑ qd̄ fal
ſum eſt.Unde ſi talis p̄cedat ex parte ſcādalizati nō
min⁹ eſt ſcandalū ſiue peccatū alterius:q꞉ eſt primū
inuitās ipm ad pctm̄ de ſe.Si aūt p̄cedit p̄ctica vl' p̄
uidētia tūc eſt cōſenſus vel placētia pcti illius qd̄ mo
uet ad vſum pcti.Et tunc eſt quidē adhuc de ſe ſcan
dalum:ſed tn̄ hoc ſcandalū nō primo ſcādalizat ipm
ſed potius primū inclinās ad peccandū attulit ſecū
in voluntate peccādi.vnde iſte peccat ac ſi nō eſſet ſcā
dalizatus:quia ſi ſubduceret᷑ ſibi pctm̄ proximi ad
huc moueret᷑ ad peccandū. Ad aliud dicendum ꝙ Ad 3m
multū intereſt in via morū:licꝫ nō interſit in via pe
dum:q꞉ nunq̄ deiicit vt p̄mū inuitans ad peccandū
niſi ꝓcedat in noticiā alterius:ꝛ hoc eſt eſſe manife
ſtū alteri Dictū eſt aūt iā qm̄ de eſſētia ſcādali ꝓprie ē
ꝙ ſit p̄mū inuitās ad peccandū alios nō peccāti illo
genere peccati.

### An ſcādalū bn̄ diuidat᷑ i actiuū ꝛ paſſiuū Ar. XLVII C. 3.

S Ecūdo q̄rit᷑ de ſcādali diuiſiōe.Diuidit᷑ autē
in actiuū ꝛ paſſiuū.Et actiuum dicit᷑ eſſe qd̄
agit i ſcādalo.paſſiuū qd̄ patit᷑ in eodē.verbi
grā:ſi do occaſionē ruine ego ago in ſcandalo:ſi autē
tu accipis tu pateris:ꝛ in me eſt ſcandalū actiuum:
in te autē paſſiuum. Sed ꝯtra ſic obiicit᷑:agēs em̄ Arg. p̄mo.
p̄ncipaliſſimū eſt ꝛ agens imediatū facto vel operi:
ſꝫ agēs imediatū opi ē volūtas imitātis pctm̄ mani
feſtū ḡ ipa ē agēs p̄ncipaliſſimū:ḡ i imitāte nō ē ſcan
dalū paſſiuū:ſꝫ actiuū qd̄ eſt ꝯtra oēs de ſcādalo lo
quētes:q꞉ adhuc occaſio nō agit eo ꝙ nō ē cā ſꝫ min⁹

ꝙ̃ cauſa ꝑ accñs etiã: ḡ videtur cū peccatū manifeſtū
nō ſit niſi occaſio pcti alterius ꝙ nō debeat dici ſcan
2º dalū actiuū. Adhuc dicit Aug. ꝙ om̄e pctm̄ adeo
eſt volūtariū ꝙ ſi nō ſit voluntariū nō eſt pctm̄: con-
ſtat aūt ꝙ nō dicit᷑ actuale pctm̄ moꝛtale voluntariū
niſi volūtate agētis ip̄m: ſed video ꝙ pctm̄ imitatiōe
pcti ꝑpetratū dicit᷑ voluntariū volūtate ſcandaliza
ti ꝛ nō volūtate ſcādalizātis: ergo videt᷑ ꝙ ſcādaliza-
3º tus ſit agēs in ruina ſcādali ꝛ nō ſcandalizās. Ad
huc cā ꝑ occaſionē eſt cā aliq̄ mō diſponēs: hec āt ali-
quo mō reducit᷑ ad cauſam materialē cū dicat mate-
rie p̄parationē vt dicūt ph̄i: ḡ dans occaſionē in ſcā-
dalo eſt cauſa reducta ad materialē: ſed ille eſt ſcādali
zans: ḡ nō erit in ſcādalo niſi ſicut materia vel diſpo
ſitio ꝛ illius eſt pati nō agere: ḡ ſcādalizāti magis cō
uenit pati in ſcādalo ꝛ ſcādalizato agere ꝙ̃ ecōuerſo.
Solꝰ Rñſio dōm ꝙ diffinitio ſcādali īducta ſtat ꝛ bona
eſt. Ad ſolutionē aūt obiectoꝝ dōm ꝙ eſt agēs pri-
mū qđ eſt tm̄ agens: ꝛ agēs ſcōm qđ eſt agens paſſū
ꝛ mouēs motū: q2 mouet᷑ a p̄mo motoꝛe mouēte. Et
exēplū hui⁹ eſt deſideratū ꝛ deſideriū vt dicit ph̄s.
deſideratū em̄ de ſe. i. de ſua ſpecie que delectabil' eſt
mouet deſideriū: deſideriū aūt motū a ſpecie deſide-
rati mouet ad ip̄m ꝛ ī ꝯiūctionē deſiderati. Et h̄ mō
dicit᷑ ſcandalū actiuū qđ eſt primū mouēs deſideriū
vidētis ip̄m: deſideriū aūt motū a viſo pctō eſt ſcōm
mouēs ad actū pcti ꝛ eſt mouēs motū ꝛ agēs paſſū.
Cū igit᷑ pctm̄ ſcādalizātis ſit primū obiectū ocul' re-
cte ambulātis ip̄m eſt tm̄ agens: ꝛ iō dicit᷑ ſcādalum
actiuū: deſideriū aūt ſiue volūtas ſcādalizati eſt mo-
uens iam motū ꝛ agēs paſſum: ꝛ ſequit᷑ mouētia paſ
ſionē qua paſſum eſt ab alio: ꝛ iō eſt penes ip̄m ſcāda
lū paſſiuū. Hijs habitis facile eſt rñdere obiectis. di
cendū em̄ ad primū ꝙ agēs p̄ncipaliſſimū dicit᷑ du-
pliciter. ſ. qđ plus habet de rōne agētis ꝛ qđ eſt cau-
ſa actiōis. Et primo mō primū agēs in q̄libet oꝛdine
eſt agēs p̄ncipaliſſimū / ꝛ ſic dicit᷑ p̄ncipaliſſimū agēs
in ſcādalo actiuo. Scdō aūt mō imediatū agens eſt
agens p̄ncipaliſſimū licz nō agens ſm ſpeciem agen
tis primi q̄ ip̄m repaſſum eſt ꝛ hoc mō volūtas ſcan
dalizati eſt cauſa p̄ncipalis peccati qđ fit in ſcādalo.
Ad primū. Ad aliud dōm ꝙ occaſio dicit᷑ eo ꝙ non eſt ꝑfecta
cauſa paſſiōis illius q̄ fit in volūtate ruētis ꝑ exēplū
Ad 2m illius: q2 deſideratū ꝑ ſe mouet deſideriū. Ad aliđ
dōm ꝙ Aug. loq̄t᷑ de voluntate q̄ eſt ꝓxima cā pcti ꝛ
Ad 3m. nō de cauſa prima. Ad vltimū dōm ꝙ nō eſt diſpo
ſitio occaſio: ſed poti⁹ ſequit᷑ cauſā efficientē: vt patet
ꝑ Ariſto. in. ij. ph̄ic. vbi cauſam ꝑ accñs ponit iuxta
efficientē: ꝛ ꝑ h̄ patz ſolutio ad totū.

## Articulus. XLVIII. An ſcandalū ſit ſpeciale peccatū diſtin-ctum ab alijs peccatis.

D. 3.
Arg. p̄mo. Tertio querit᷑ vtrū ſit pctm̄ ſp̄eale diuiſum ab
alijs vel alijs ꝯiunctū. videt᷑ aūt ꝙ ſit genera
le ꝑ diffinitionē ſupra inductā q̄ dicit om̄e di
ctū vel factū ꝛc̄. hoc em̄ eſt in om̄i pctō publico: ḡ vi-
2º det᷑ ꝙ nō ſit pctm̄ ſp̄eale. Adhuc hic in lr̄a videtur
innuere ꝙ ſit circūſtātia pcti potius ꝙ̃ pctm̄ cū dicit
ſi pctm̄ eius fuit nō modo in graui eius malo ſed etiā
in tāto ſcādalo alioꝝ. Et cū circūſtātia nō oīno ſeꝑat᷑
a pctō cui⁹ eſt circūſtantia: ḡ videt᷑ ꝙ ſcandalū nō ſe-
paret᷑ ab alijs pctis cuius eſt circūſtantia: ḡ videt᷑ ꝙ
ſcandalū nō ſeparet᷑ ab alijs pctis: ḡ nō eſt ſp̄ēs pcti
3º ſm ſe. Adhuc oīs coꝛruptio oꝛdinabil' ad actus di
uerſoꝝ pctōꝝ in ſpecie eſt coꝛruptio circūſtantie cōis
ꝛ nō ꝓprie actus ſm ſpeciē: ſed ſcādalū dicit hmōi coꝛ
ruptionē: ḡ eſt coꝛruptio circūſtantie cōis ꝛ nō ꝓpri⁹
actus alicui⁹ ſm ſpeciē. Prima patz ꝑ h̄ ꝙ differen-
tie ſpecifice vltime ꝛ cōpletiue nō ſūt oꝛdinabiles ad
diuerſa pctā. Scđa ꝓbat᷑ ꝑ hoc ꝙ coꝛruptio ſcandali
inuenit᷑ in oī pctō publico. Inde ſic: q̄cq̄d ꝯiunctū eſt
ſpeciebꝰ diuerſoꝝ pctōꝝ eſt q̄ddā cōe qđ ſm ſe ſpeciē
nō ꝯſtituit: ſcādalū eſt hmōi: ḡ ſcandalū eſt q̄ddā cōe
coniunctū cū alijs pctis ſm ſe ſpeciē nō conſtituens.
Adhuc ad idem pōt argui ꝑ ſcđam diffinitionē: ꝑ 4º
om̄e publicū dat᷑ occaſio ruēdi recte ambulāti: ergo
ſcandalū cōiunctū eſt omni pctō publico. In ꝯ̄triū In ꝯ̄triū p̄o
huius obijcit᷑: ſpeciale em̄ pctm̄ eſt a ſpeciali volūtate
mala ꝛ ſp̄eali nocumēto ꝛ fine: ſed ſpecialis volūtas
mala eſt q̄ vult ruere aliū / ꝛ ſp̄eale nocumentū qđ eſt
ruina alterius ꝛ intentū ſp̄eale: q2 ſcandalizās inten
dit alterius caſum. Cū igit᷑ iſta ſint in ſcandalo vide
tur ꝙ ſcandalū ſit pctm̄ ſp̄eale. Adhuc Num. 13. 2º
expſſe appet ꝙ ſpeciale fuit q2 intenderūt ꝑ expoſitio
nē puellaꝝ dijs ſeruientiū deijcere ad idola: ḡ videt᷑
ꝙ ſp̄eale ſit pctm̄. Rñſio dōm ꝙ ſcandalū qñq3 dr̄ Solꝰ.
pctm̄ ꝯiunctū qñq3 ſeꝑatum. Cōiunctū eſt qñ nō ha ad totū.
bet volūtatē ꝛ intētionē ſeꝑatā a ꝑte agētis ab alio
pctō ſed tm̄ habet nocumentū ſeꝑatū: verbi gr̄a pec-
cat aliq̄s publice ꝛ nō intendit nocere alij nec vult ꝛ
tm̄ nocet: q2 trahit eum ad ruinā malo ſuo exemplo
ꝛ tunc ꝯiungit᷑ tm̄ alij pctō: ꝛ nō eſt ſpeciale peccatū
ſm ſe: ꝛ hoc mō loquūt᷑ ſcti de ſcandalo: q2 raro alit᷑
cōmittit᷑ ſcandalū. Alio mō dicit᷑ ſcandalū qñ aliq̄s
ſpecial'r intēdit ꝛ vult ruinā p̄ſtare ꝑ dictū vel factū
ſuū: ꝛ tūc in vna actiōe habet duas intētiones. vnā
quaſi inſtrumentalē ad aliā: q2 pctō qđ facit nō vtit᷑
niſi vt inſtrumēto ad aliud pctm̄ qđ eſt deijcere ꝓxi-
mū ad pctm̄: ꝛ hoc mō accipit᷑ ibi Nūeri vbi madia-
nite ſcādalizauerūt filios iſrl'. Per hanc autē diſtin-
ctionē patz ſolutio ad vtrāq3 partē obiectionū: q2 di-
recte ſuꝑ ꝑtes diſtinctiōis ꝓcedunt obiectiones.

## An ſcandalū ſemꝑ ſit pctm̄ moꝛtale. Ar. XLIX.

E. 3.
Quarto querit᷑ vtrū ſemꝑ ſit moꝛtale peccatū
Videt᷑ autē ꝙ ſic Matth. 18. Ue mundo ab Argu. p̄mo
ſcādalis. glo. Iminet eterna dānatio mūda
nis ꝓpter ſcādala: ſed eterna dānatio non īminet niſi
ꝓ pctō moꝛtali: ḡ ſcandalū eſt pctm̄ moꝛtale. Ad 2º
huc ibidē dicit᷑ ꝙ qui ſcādalizauerit vnū de puſillis
illis q̄ in me credūt expedit ei vt ſuſpēdat᷑ mola aſina
ria in collo ei⁹ ꝛ demergat᷑ in ꝓfundū maris: ſed hoc
nō diceret᷑ niſi eſſet pctm̄ moꝛtale: ḡ videt᷑ ſcādalum
ſemꝑ eſſe moꝛtale pctm̄. Adhuc minus nocumētū 3º
eſt nocere coꝛꝑal'r ad ſubtractionē rerū vel vite coꝛ-
poꝛalis ꝙ̃ nocere ſp̄ūal'r ad ꝑditionē aīe: ſed illud eſt
pctm̄ moꝛtale vt patz in rapina furto ꝛ homicidio: ḡ
ꝛ ſcādalū. Si foꝛte dicat᷑ ꝙ ſcādalū nō tollit. Iam Solꝰ
hoc eſt ꝯtra diffinitionē: q2 nō eſt ruina niſi ꝑ caſum Obiectio.
moꝛtalis pcti que ſit ruina ſimpl'r. Si foꝛte aliq̄s Solꝰ
dicat ſicut antiquoꝝ quidā ſoluebāt ꝙ ſcandalū eſt
moꝛtale qñ cōiungit᷑ moꝛtali ꝛ veniale qñ ꝯiūgitur
veniali. Contra ī ſe comedere carnes idolotitas etiā Obiectio
vere veniale ē: ꝛ tm̄ ꝓpter offendiculū eſt ſcādalū moꝛ
tale: ḡ nō ex hoc eſt moꝛtale: q2 ꝯiungit᷑ actui moꝛtal'
pcti. Media ꝓbat᷑ ad Rom. 14. vbi dicit᷑ Noli cibo
tuo illū ꝑdere ꝓ quo xp̄s moꝛtu⁹ eſt. ꝛ ibidē Sic aūt
peccātes in frēs ꝑcutiētes ꝯſciam eoꝝ īfirmā in xp̄m
peccatis: nō ꝑdit᷑ aūt frater niſi ꝑ peccatū moꝛtale: ḡ